



Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesv Christi Homeliae quinquaginta sex, Theoremata
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.
Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIII

In Passionem Domini monotesseron iuxta quatour Euangelistarum &
historiæ fidem elucidatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

D. IOANNIS IVSTI LANPERGII CARTHVSIA-

NI IN PASSIONIS DOMINI NOSTRI
IESV CHRISTI MONOTESSERON,

iuxta quatuor Euangelistarum & histo-
ria fidem Elucidationem.

PRAEFATIO.



COMMENDAT charitatem suam in no-
bis Deus: quoniam cum adhuc inimici
essemus, reconciliati sumus Deo
per mortem filii eius. *Ad Romanos*
quinto.

Diligere
quid sit.

Charissimi fratres, nihil adeo humanum est cordi genuinum ac naturale, quam diligentē se diligere. Quis autem est diligere, nisi ei quem diligis, bene velle, bene fauere, bene facere? Cum igitur omnipotens fidelissimusque pater ac Deus noster, excellentissima nos charitate perinde ac filios diligere multo iam ante suum erga nos amorem beneficijs tam varij quam multis commōstrauerat, quibus ad sui nos traheret amorem (quamuis non plus amore, quam operibus egeat nostris) occasionem querens iustē nobis ac magis benefaciendi, utpote se amantibus, sibi fidelibus atque amicis. (Simul enim omnia non minus iustē quam misericorditer agit) nos verò peccatis circumdati, captiuique nostrorum iugo captiui, cæci ac frigidi, nihil plura charitatem quam beneficia eius attenderimus: voluit tandem deo nos beneficio excitare, quod tam foret immensum, quam ingenti charitate plenum: vndeque dilectio eius erga nos non modo cognoscenda, sed videnda tangendaque etiam nobis præberetur. Hoc est autē beneficium illud, hæc est charitas illa de qua dicit apostolus Dominus Iesus: Sic Deus dilexit mundum, ut vnigenitum

Amor Dei
immensus
erga nos
quibus ex
inde ag-
noscentis.
Ioan. 3.

suum daret: vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. *Et Paulus:* Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus, misit filium suum.

Ephesi. 8.
Roma. 8.

Et idem alio loco. Deus proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. *De filio quoque E.*

saias, Dedit, inquit, in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. *In adducto etiam themate A-*

Esaiæ 55.

postolus, Commendat, inquit, charitatem suam in nobis

Roma. 5.

Deus, quoniam cum adhuc essemus inimici eius reconciliati sumus Deo per mortem filii eius. *Adeo dilexit,*

vt cum inimici essemus, nos diligeret, nobisq; beneficium immensum impertiretur. *Inimicus eras ô homo,* quando te prior ipse

Deus amauit. *Non est vt dicas,* propterea, vel ob hanc rem me dilexit. *Inimicus eras, non noueras Deum, non amabas,* & dilexit te. *Si modò tu amas illum, ideo amas,* quia prior amauit te non

amantē. *Gratuitū itaq; est beneficium caritatis diuinæ, quia gratis amat: prior amat,* & se nō amātes, hoc est, adhuc inimicos, adhuc rebelles, adhuc peccatis obnoxios, amat. *Vide autē quam charitatem tibi exhibuit. Vide & expende amoris magnitudinem,*

Beneficium
Dei gratui-
tum quod
sit.

qua tibi pereunti subuenit. *In carcere eras, damnatus ad mortem,*

iam iamque interimendus: misit Deus filium suum, peccata tua

Charitas
Deus homi-
nibus exhibita
quanta.

imposuit humero eius: filiusque quo te à morte liberaret, prope-

rans vltro se obtulit pro te in mortem. *Dolebat pater si puniret,*

quia castigatione leui peccata tua haud poterant expiari, damnare autem omnino recusabat: & tamen quò parceret, quò salua-

ret, iustitiæ quam non potuit deserere, locus nullus erat. *Dolebat igitur ô vilis homuncio pro te Deus,* quia te amabat, adeoque do-

lebat, a deo te perdere sicut merueras, horrebat, vt filium pro te

sum in mortem daret. *Dolebat inquam si te perderet. Quare dolebat? quia te amabat, quia te seruare cupiebat. Atque ideo quod*

H h

seruus

seruus nequam, hoc est, quod tu, commerueras, puniuit in suo filio. De hac Dei charitate, filijq. Dei passione, quia loqui vobis creui, in memoriam Dominicæ Passionis diuinæque charitatis legamus pro gratia nobis cœlitus præstanda, vnam orationem dominicam cum salutatione angelica, dicentes: Pater noster Aue Maria.

Roma. 5.

Charitatis diuinæ magnitudinem insinuantia.

Commendat charitatem suam in nobis Deus, quoniam cum adhuc. &c. Multa in his verbis latent, quæ diuinæ charitatis nobis magnitudinem insinuant. Primò enim dilectus nos Deus dicitur. Deinde dilexisse refertur nos inimicos, et sua dilectione indignos. Tertio, ideò dilexisse, vt nos sibi cupere reconciliari, licet æquè sit ipse felix & beatus, siue nos amici, siue illi inimici. Illi enim nihil accedit, si nos simus amici, hoc dubium nec oberit, etiam si inimici fuerimus. Nobis est bonum malumve, esse amicos aut inimicos Dei. Cupiebat tamen nos reconciliari, tantum nos faciens, idque non ob aliud, nisi quia nō mabat. Idcirco enim se cupiebat redamari, quo magis nobis quam amicis beneficeret. De hoc studio reconciliationis nō loquitur Paulus: Legatione fungimur tanquam Deo hortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Heu charissimi, nos debueramus solitudinem, et tantum, operam, supplicationemq. & quicquid excitaripotest in vobis humiliationis, impendere ad reconciliandum nobis Deum, quando Deus ipse querit nos prior, num segnes erimus & cordes? Videtis ne quanto studio principis alicuius sibi gratiam procurant aulici, quam exultant si se diligi à duce, si principem habere gratiam aduertunt? Numquid exultandum non est, si audimus quod Deus prior dilexit nos, haud dubium quos diliget in finem vsque dilecturus? Quarto, cum in sua esset potestas quocumque vellet modo nos redimere, sibiq. reconciliare, hoc factus est, qui iustitiæ iuxta ac misericordiæ suæ potissimum

2. Cor. 4.

1. Ioan. 4.

grueret, & suae erga nos dilectionis magnitudinem manifestius exprimeret, puta per mortem filij sui. Quod ut plenius intelligatur sciendum, Deum, qui in seipso solus bonus, solus beatus, solus perfectus, solus est dives, nulliusq; egens, quò suam communicaret beatitudinem, atque se totum ipsum quod est, fruendum daret, creasse hominem, posuisseq; in paradysum voluptatis. Cui vnum duntaxat praeceptum dedit: quod ubi seruaret, beatus ipse cum omnibus qui ex se erant nascituri, fieret. Fuit autem hoc praeceptum, ne comederet de ligno scientiae boni & mali. Verum quia mox inobediens praecepti transgressione factus est, hunc Deus iratus de paradiso expulit: & ipsum vniuersumq; semen eius, mortis damnatione perculit: adeò ut neque ipse, neque aliquis de eius semine esset futurus qui videret Deum, aut ad illam ad quam creatus fuerat beatitudinem ingrederetur, nisi in hac natura quae peccauerat, veniret quis pro illo peccato satisfaciens, humanamque naturam sibi hoc est, Deo reconcilians. Ceterum quia nemo erat, qui posset satisfacere pro hoc peccato: primum si quidem, quia peccatum eum offenderat, contempseratq; qui infinita est virtutis, infinita maiestatis, bonitatisque immensae: ideò sicut is qui erat offensus, immensus est & infinitus, ita culpa quae illi offenderat, infinita erat, atque ideò nisi infinita satisfactione, hoc est, ea poenitentia quae infinitam haberet satisfaciendi virtutem, peccatum haud poterat expiari. Quae autem est iam creatura, quae infinita virtutis queat opus operari? profectò nulla. Ipsa igitur cum sit finita, ut omnes sunt, nequaquam ad infinitum se potest opus extendere: neque quod infinita sit virtutis, quid operari. Hac itaque ratione nulla creatura potuit satisfacere. Adhuc, quia in Adam omne quoque semen eius peccauerat, & omnes erant homines sub delicto, quis pro omnibus, quandoquidem nemo pro seipso poterat satisfacere? Neesse enim erat, eum qui pro alijs esset satisfactor, immunem esse à delicto. Hac ratione iterum

Hominem
cur Deus
creauerit.

Gene 1.

Gene 3.

Pro peccato
originali
cur nulla
pura creatu-
ra potuerit
satisfacere.

Ephesi. 2.

Iob. 15.

Naturam
humanam
quis solus
reconciliare
potuerit.

nemo hominum potuit satisfacere, quia nemo mori
 à delicto. Erat autem nihilominus necessarium, fore hominem
 qui satisfaceret, ut in eadem natura quæ peccauerat Deus re-
 conciliaretur. Homo fuit qui peccauerat, hominem quoque esse
 peccatum abolere, necesse erat. Conficitur itaque inde, neminem
 posse satisfacere, nisi & homo esset & Deus: homo, ut em-
 phoret naturæ quæ deliquerat, hoc est, cuius fuerat his qui
 deliquerat, puta homo qui debebat: Deus verò, ut esset qui sa-
 tisfacere posset, quando quidem homo (quod dixi) cuius virtus la-
 te certo mensuram accipit, infinitum nihil potest operari. At
 idè qui satisfactionem hanc, naturam humanam reconcilia-
 rus, faceret, ut homo esset qui deberet, & Deus esset qui
 satisfacere, necesse erat. Vnum igitur hoc remedium exspecta-
 batur, ut veniret homo Deus, seu Deus homo, qui nos redimeret
 nosque reconciliaret. Transierunt itaque plus quinque
 anni, quibus vniuerso ferme orbi diabolus dominabatur: pauci
 exceptis, qui iusti & sancti, huius euadebant manus: ut pote
 per sacrificia & mandatorum diuinorum obseruantiam, Dei amici
 constituti sunt, non tamen adeò, ut cælorum possent ingredi regnum.
 Hoc enim neq. sibi, neque alijs poterant impetrare, irconciliata
 adhuc natura humana. Hi itaque ad limbum, quem Dom-
 nus Abrahæ sinum appellat, recepti sunt omnes: reliqui vero
 non crediderunt Deo, descenderunt in infernum. Itaque Deus
 humani generis calamitatem videns, atque eidem compatien-
 tissimè misit Filium suum, qui homo fieret manens Deus, utranque
 seruans naturam: hoc est, & diuinam & humanam, ut ex altera
 esset qui posset, ex altera qui deberet, satisfacere. Verbum igitur
 Dei in uterum descendit Virginis, & caro factum est: ut natu-
 ram haberet passibilem, qua satisfaceret pro nobis. Hinc iam
 de homo, quanti fecerit te Deus, cum inimicus adhuc esses, &
 propter Adæ peccatum, quod originale didicimus: quam prop-

Lucæ 16.

Iean. 1.

tua peccata, fortasse etiam innumera, quibus alioqui aeterna tibi supplicia comparaueras. Venit ipse ad te factus homo, ut vulneraretur propter peccata tua, attereretur propter scelera tua: ipse caderetur, ut te eius liuores sanarent, daret in mortem animam suam, ut tu vitam obtineres aeternam. Verum dicit fortasse aliquis: Quomodo pro meis peccatis passus est Christus, quomodo pro illis vulneratus aut mortuus, qui nondum eram? Respondeo, apud Deum neque praeteritum esse, neque futurum, omnia enim ei coram assunt tanquam praesentia. Ipse vidit nos, omniaque opera nostra ab aeterno. Praesciuit morbum & aegritudinem nostram, & quomodo pharmacopola, praedordinauit non solum praesentibus nobis, sed futuris etiam, atque ijs, qui usque in finem mundi post nos sunt nascituri, remedia sanitarum. Hoc remedium, hanc medicinam parauit nobis piissimus Iesus, Dominus & Saluator uoster Christus per suam passionem, cuius virtus nobis in baptismo praecipue, deinde etiam in Sacramento confessionis applicatur. Fuit autem modus hic congruentissimus nostrae reconciliationis & redemptionis nostrae, quam Dei Filius propter nos homo factus, in passione, & sanguinis sui effusione nobis operatus est. Nam virtutes ibi elucet omnes, potissime autem Dei charitas erga nos. Quomodo enim non discimus iustitiam Dei, quomodo non expauescimus eius aequitatem, qui antequam peccatum dimitteret impunitum, tradidit in mortem Filium suum, ut iustitiae satisfaceret suae? Porro eius misericordia quomodo hic non enitet, qui homini adeo est clemens, ut peccata nostra super Filio suo unigenito puniret, ut nos a damnatione per eius mortem liberaret? nempe Filium suum propter nos affligens, nobisq; parcens? Reliquae virtutes, humilitas, patientia, obedientia, mititas & huiusmodi aliae, in passione Christi satis erunt manifestae.

Esaia 53.

Passus quomodo Christus fuerit pro peccatis omnium.

Redemptionis humanae modus ut fuerit congruentissimus.

IOAN. LANSP. CARTHVS. ELVCIDATIO
 PASSIONIS IESV CHRISTI
 DOMINI ET SALVATORIS NOSTRI
 IVXTA QVATVOR EVANGELISTARVM
 & historiae fidem Elucidationis,
 Liber vnus.

DOMINVS noster Iesus Christus, fratres & filij charissimi, his volens misereri Deus, & homo, dum triginta esset annorum cepit predicare penitentiam & regnum caelorum: ambulans usque propterea, ut salutem annuntiaret omnibus, de ciuitate in ciuitatem, de loco in locum, fessus saepe numero ex itinere, plenus quoque ac gelu, calore & frigore, siti famisque affectus. Confirmabatur autem ea quae docebat, & signis & miraculis. Quare populus sequebatur eum, exultans in doctrina eius. Porro Pharisei, qui erant superbi & auari, detrahentes illi inuidebant. Videbant enim suam gloriam per hoc minui, quod Christum praeferebat. Avaritia quoque quastus illis quotidie peribat. Ad haec arguebatur a Christo pro ambitione, inuidia atque avaritia ipsorum. Unde odioque inuidia magna excacati, contra Christum varia meditabantur, quomodo eiusdem sternerent gloriam. Tentabant interrogationibus, obseruabant dolo & simulatione pleni, submittebant qui eum deprehenderent in sermone, si fortasse non praemeditatum aliquid, & ex tempore loqueretur, quae speciem haberet delicti accusatione vel apud praesidem, vel apud plebem digni. Verum tanta erat sapientia plenus, in id ipsa sapientia Christus Dominus ut ne verbum quidem deprehendi in eo posset, cuius argui posset.

Verum, quia inuidia nunquam quiescit, licet calumnia dignum in Christo nihil inuenirent Pharisei & Scribae, detrahebant tamen illi vbi uis poterant dicentes ipsum legis prauaricatore, hominem esse, & fabri filium non ex Deo eius fieri opera, sed in virtute Beelzebub eijcere daemones. Probabant quoque turbae, ne quis illum confiteretur Christum. Porro, si qui confessus foret, extra synagogam illum faciebant. Eiusque tandem inuidiam eos deduxerat, ut post grandia illa duo miracula, quibus a natiuitate caecum illuminauerat, Lazarumque suscitauerat quadriquantum, propter quae & uis frequentior ad illum confluxerat, ut de nece Domini Iesu tractarent. *(Collegunt ergo Pontifices & Pharisei concilium) aduersus Iesum (& dicebant: Quid loquimur, quia hic homo multa signa facit) in populo? (Si dimittimus eum sic, scilicet signa facientem, & populum ad illum confluentem, ipse deducet, ad se quoscunque potest, Et omnes credent in eum,) relicta doctrina nostra proptereaque nobis. (Et uenient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.)* Iudaeos autem occidendum, Christum inuidia instigabat, quam simulato zelo Reipublicae palliabant. Dicunt enim moneri se iuste, atque merito prouidendum, ne permittendo Christum sic liberè predicare, populumque ad illum accurrere, tanquam Christum regem sequi, Romani excitentur ad iram, atque tanquam suorum edictorum contemptores, Iudaeos puniant, loco & gente ablati. Prohibuerant enim Romani neminem, nisi a se constitutum, regem in Iudaea nominari. Trepidauerunt igitur Pharisei timore, sed vbi non erat timor. Atque

Ibidem.
Ioan. 4.

Inuidia &
odium Phari-
saeorum
contra Chri-
stum uide.

Matth. 22.
Marci 2.
Matth. 22.

Ioan. 9.
Matth. 12.
Luca 11.
Ioan. 9.

Ibidem.
Ioan. 11.

Inuidia Iu-
daeorum
sub specie
zeli

Matth. 26

propterea quod summopere dicebant cauendum, quia per nefas illud moliebantur vitare, inciderunt. Neque enim si Christum admisissent prædicantem, venissent Romani, ablaturi eis locum & gentem. Nihil enim Romanis contrarium Christus, qui temporale regnum haud quaquam ambiuit, agebat: quin potius quia Christum interfecerunt, in hoc, ut venirent Romani, & ciuitatem destruerent, commeruerunt. Huius enim causam manifestè Christus, flens super ciuitatem, fuisse exprimit, quum quasi ciuitatem alloquens, diceret: *Circundabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternebant te, & filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tue.* Tandem huius excidij causam, dicens: *Eo, inquit, quod non cognoueris tempus visitationis tue.* (Vnus autè ex ipsis, Caiphas nomine, quum esset Pontifex anni illius,) propter auctoritatem & officij principatum, (dixit eis) prior loquens, quia erat summus Sacerdos illo anno. Ex lege enim quamuis vnum duntaxat debuerant habere summum Sacerdotem Iudæi, qui omni vita suo hoc officio solus fungeretur, tamen quia in manus venerant Romanorum, pontificatus quoque officium datus muneribus emebatur, Iudæorum multi ambitiosi, à gentibus hoc sibi comparauerant, qui per vices sibi succedentes, summum sacerdotium administrabant.

Erat itaque illo anno Caiphas summus Sacerdos, siue Pontifex. Hic consilium dedit prior, dicēs: (*Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.*) Quasi diceret: Quid magni refert, vnum occidere & seruare multos? Quasi liceret tantum nefas committere, occidere scilicet innocentem, ut boni aliquid enascatur, aut ut bonum conseruetur. Hoc consilium nequaquam contra suam vxorem aut filium dedisset, quomodo contra Christum dedit: quem licet aliter quam innocentem & iustum non potuisset dicere, videbatur tamen hoc ei consilium iustum, quia odium quo tenebatur, eius peruerterat iudicium, ut rectè sapere non posset. Hæc itaq; verba tamen diceret animo liuido atque maligno, Euangelista tamen ascribit spiritui prophetiæ, qui propter pontificatus officium per eum loquutus sit, & quemadmodum olim Balaam hariolus, prophetauerit. Et quamuis verba eius sint verba prophetiæ, licet in alio sensu quam ipse volebat, qui nobis est prophetia, & à nobis intelligitur, propterea tamè ipse non erat propheta, nec animum habuit prophetandi: sed, quomodo dixi, nobis verba eius in sensu quem inde hauriebamus, erant prophetia. Expediuit enim reuera nobis, ut vnus pro nobis moreretur Christus, ne vniuersi, quod certè euenisset, periremus. Nisi enim mortuus pro nobis foret Christus, maeremus omnes in morte, atque Deo irreconciliati. Obserua tamen quod Euangelista tribuerit ei prophetiæ donum, non ob personæ meritum, sed propter officij dignitatem, dicens: (*Hoc autem à semetipso non dixit, sed quum esset pontifex anni illius, prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum.* Non modo primum Christi meditatur mortem Scribæ, Pharisei, Pontifices & Iudæorum seniores: quia iam pridem volebant eum lapidasse, & alio tempore de montis præcipitasse super cilio. Sed ab illo die firmato decreto, conspirarunt in Christi mortem, quam

Lucæ 19.

Ioan. 11.

Numer. 13.
Caipham
non fuisse
prophetam.

Ioan. 11.

Ioan 10
Lucæ 4

patra-

Conspiratio
Iudæorum
in mortem
Christi quã
do facta.

Sap. 2.

Ioan 15.

Persecutio-
nem quan-
do liceat
fugere.

Matth. 17.

Matth. 10.

patrarent audacter ceu rem iustam ac necessariam, quamprimum id perficere possent. Hæc conspiratio Iudæorum in mortem Christi, facta creditur tertio post Lazari resurrectionem die: hoc est, sabbato ante Dominicam in Passione. In cuius memoriam dies sequens dominicus, ab Ecclesia vocari creditur Dominica in Passione quia tunc *Gloria patri* in Missa & Respons. omittitur: & quæ tunc cantantur atque leguntur, Domini Passionem explicant. De hoc Pontificum Pharisæorumq; concilio, inuidia ac odio pleno in libro Sapientiæ sic scriptum legimus: *Circumueniamus iustum, quia inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris, & improprietat nobis peccata legis, & diffamat nos peccata disciplina nostra. Promittit se scientiam habere, & filium Dei se nominat. Quis est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Grauis est etiam nobis, adrendendum: quoniam dissimilis est alijs vita illius, & in veritate sunt via eius. Tanquam nugaces estimati sumus ab illo, & abstinet se à vjs nostris, tanquam ab immunditijs, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum. Videamus ergo si sermones illius veri sint, & tentemus quæ ventura sint illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius. Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum & liberabit eum de manibus contrariorum. Contumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condēnemus eum. Hæc cogitauerunt, & errauerunt. Excacauit enim eos malitia eorum, & nescierunt sacramenta Dei.* Hæc omnia ibidem.

Concilio hoc habito, & quia Iudæi conspirauerant, (Iesus ergo iam non palam ambulabat apud Iudæos: sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem que dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.) Quod Iesus ab Iudæis fecerit, furorẽ illorum ad tempus euitans, non ex infirmitate id illi vultum, neque ex timore mortis: sed quia non aduenerat situm tempus, quo etiam vltro se daturus erat in mortẽ. Voluit nos etiã suo docere exemplo, dum absque detrimento Reipublicæ Christianæ, dum absque periculo subditorum, dum denique sine detrimento, scandalo ve potest fieri pusillorum, fore licitum, cedere furori hostium, persecutionemque eorum declinare, ne grauioribus illos peccatis propter præsentiam nostram implicemus. Itaque locus est dandus huiusmodi persecutoribus, vt non visis aut inuentis nobis, eorum furor quiescat. Nemo etiam ad insolita atque vires suas excedentia, siue agenda sint, siue patienda, se debet ingerere, nisi ad huiusmodi se à Deo vocatum intellexerit. Proinde quẽadmodum dicit: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo &c.* Et qui me erubuerit coram hominibus, hunc erubescet filius hominis coram angelis Dei. Sic etiam dicit: *Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, hoc est, si quis Christianus fuerit interrogatus, sit ne Christianus nec ne, libere esse Christianum respondeat. Ante verò quam fuerit interrogatus, antequam in hanc respondendi veniat necessitatem, persecutionem fugere potest & declinare. Scilicet autem est, absque singulari instinctu Spiritus sancti se vltro ingerere ad martyrium sustinendum antequam quæratur. Hoc enim plerique facientes, dum constanter se purabant passuros, defecerunt in tormentis: quia se ipsos ingesserant, à Domino nondum vocati. Itaque Dominus omne genus eruditionis in seipso nobis voluit ostendere. Hic furorẽ declinavit persequentium, quia fuit vehemens. Nam quemadmodum Ioannes dicit*

cit: (Dederant Pontifices & Pharisei mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.) Nec eius etiam venerat hora patiendi: quæ vbi venit, vltro ad patiendum se obtulit. Itaque docuit & quomodo persecutio quandoque sit fugienda, id quomodo æquanimiter alio tempore sustinenda. Vtriusque enim quomodo verbo eruditionem nobis exhibuit, ita exemplo in se monstrauit. Paucis itaque diebus exactis, quia Effrem ciuitas erat parua nec populosa. (Factum est dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmavit, vt iret in Hierusalem.) Ante, vt dixi, prudentiam docuit, quomodo cum inimicis sit conuersandum, quo minus peccent: nunc nos instituit ad fortitudinem, vt vocati à Deo, aut oblata necessitate, quomodo vltro nos etiam offeramus, tradentes nos pro Christi amore in mortem. Itaque regrediens, multa fecit in illo itinere miracula. Siquidem transiens per mediam Samariam, sanauit decem leprosos. Ibi ciuitas Samaritanorum Sebaste, eundem nolebat recipere hospitio, vbi Ioannes & Iacobus zelo pro Christo moti, postulabant à Christo vt annueret ignem vocari de celo, qui illius consumeret ciuitatis incolas. In hoc itinere Christus, assumptis discipulis suis, secreto passionem suam prædixit: (Eccc ascendimus.) inquit, (Hierosolimam, & consummabuntur omnia que scripta sunt de filio hominis.) &c. Deinde ante ingressum ciuitatis Hiericho illuminauit cæcum secus viam sedentem. In illa etiã ciuitate Zachæum vocauit: & ex principe publicanorum, fidelissimum sibi fecit seruum. Postquam verò ciuitatem est egressus, alios duos cæcos illuminauit. Sabbato itaque ante palmarum diem (Bethaniam) venit, vbi erat Lazarus, quem mortuum è sepulchro quatríduanum iam pridem suscitauerat. Vocatusq; est in domum Simonis leprosi. Hic Simon olim fuerat leprosus, vnde leprosi nomen obtinuerat, modò verò mundus erat. Erat autem cognatus Marthæ, cuius domui sua quoque contigua erat. Ea propter (fecerunt ei cenam ibi, & Martha ministrabat.) Magna deuotio nobilis femina & diuitis, quia non ancillis solis ministerium commisit, sed ob Christi reuerentiam ipsa voluit seruire, & in Christi occupari ministerio. (Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo.) Hic creditur enarrasse mortis acerbitatem, pœnâque inferni conuiuis interrogantibus, quas iam pridem à morte suscitatus viderat. Legitur enim post sui resuscitationem hic Lazarus nunquam risisse, propter pœnas quas viderat damnatorum. Compatiebatur quoque post illam sui suscitationem peccatoribus vehementissime, sciens quæ illos, nisi resipiscerent, pœnæ manerent. Duxitq; propterea post Christi ascensionem asperissimam paucisq; imitabilem vitam. Itaque, vt putatur, dum Lazarus acerbitatem recenseret mortis, Christus morti vicinus, quia sic voluit, pœnarum sibi instantium atque mortis in se recepit imaginationem, vnde pallecebat. Hæc feruentissima eius amatrix Magdalena considerans, preciosum comparat vnguentum trecentis denarijs. Nil enim vehementer amanti charum aut preciosum nimis, imò vile ac perexiguum videbatur, quicquid magistro dilectissimo suo impendebat. (Venit itaque Maria Magdalena, & lauit pedes Iesu.) quia ex itinere venerat, (capillisq; resisit: & accepit alabastrum vnguenti nardi preciosi: & fracto alabaastro, effudit super caput ipsius recubentis. Deinde unxit pedes eius, & impleta est domus ex odore vnguenti.) Vnguentum hoc liquidum seu fluidum fuit, quemadmodum apud nos aqua rosacea, siue oleum lauen-

Lucæ 9.

Lucæ 17.

Matth. 23.

Lucæ 18.

Lucæ 19.

Matth. 20.

Ioan. 11-12.

Matth. 26.

Ioan. 12.

Lazarus post resuscitationem cur, nunquã riserit.

Ioan. 12.

Marci 14.

Matth. 26.

Vnguentum hoc quale fuerit.

Matth. 26.

Indignationem discipulorum ex animo processisse.
Ioan. 12.

Curam Christo fuisse maiorem pro animabus quam pro temporalibus.
Ioan. 21.
Loculos cur Christus commiserit Iudæ.

Matth. 26.

Bonū minus aliquando maiori præferendum.

Opera bona non esse arguenda.

dula. Vtebantur autem huiusmodi diuites pro refrigerio tempore calidæ. Vnde potuit fieri, Mariam suspicatum fuisse Dominum ex itinere fatigatum debilemque, pallefcere. Ideo pro eiusdem confortatione hoc comparasse vnguentum. (*Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: Vt quid perditum potuit enim istud vendari multo, & dari pauperibus.*) Non ex amaritudine præter Iudam reliqui indignantur discipuli. Siquidem omnem Christo utebant honorem. Verum quia sciebant Iesum his lautitijs non oblectari, præstabant rem superfluam egisse Mariam, utpotè quæ rem etiam Christo acceptam fecisset. Dolebant igitur pauperibus huius vnguenti perijisse precium. Porro quod Iudas murmuravit, ex infidelitate & avaritia eius accedens. Vnde sequitur: (*Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, qui erat traditurus: Quare vnguentum hoc non venit trecentis denarijs, & datum est egredi? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum:*) Hoc est, non intentione passionis, nec ex misericordia, hoc dixit quam haberet ad pauperes: (*sed quia fur erat, & loculos habens, ea que mittebantur portabat.*) Fideles qui Dominum sequebantur, præcipuè autem mulieres deuotæ, pecunias dabant in Christi Apostolorumque alimoniam comparandam, atque in pauperum distributionem super qua pecunia custos erat & distributor Iudas. Obserua Dominum quando parum de temporalibus curauerit, quando furi loculos commisit. At quando ei fuerit cura pro animabus, inde liquet, quod Ecclesiæ clauis regimènti nimarum ne Petro quidem committere voluit, nisi ter ante, vtrum se esse est, Christum) diligeret, interrogato. Dicit hic quispiam: *Cur non dedit se Dominum pecunias committere Iudæ, ne simul quoque delinquendi haberet occasionem, cum illum sciret furem.* Respondendum, cum ad Apostolum latum vocaretur, Iudam fuisse bonum, licet à Christo se postea, avaritia actus, auerterit. Quem tamen, quamuis non ignoraret reprobum, à distributionis ministerio Dominus non deiecit: quandoquidem peccatum illius non tebat alios. Tradidit autem ei pecuniam, & emendi, recipiendi, expendendi eidem commisit officium, quo eius avaritiam, videntis omnem se pecunias habere in manibus, satiaret: nec sibi ipse eam ob rem, occasionem Dominum vendendi sumeret. Discipulis ita murmurantibus Dominus Mariam Magdalenam excusat, dicens: (*Sinite illam, vt in diem sepulturae meae seruet illud. Quia non lesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam pauperes semper habetis vobiscum: & quæ volueritis, poteritis eis benefacere. Me autem non semper habebitis. Quia habuit, hoc fecit.*) Videtur hic Dñs docuisse, præferendū quædam minus bono bono maiori, puta quia minus bonū huic tēpori magis cōgruū est & necessariū, cui aliud fortassè tēpus nō ita succurrit, præsertim cū ad maius bonum alia tempora suppetant. Verbi gratia, pro amico tractando honestas facienda impensas, aut propter aliud simile honestum, licet minus id sit, quam eleemosynam, est tamen huic temporari necessarium, & eleemosynæ præferendum. Neque enim omni tempore qui tractandus sit amicus, occurrit: quando dandi eleemosynam, si in animo est, tempus occasioque nunquam deest. Dicitur præterea voluit Dominus, opera bona pia intentione facta, tamen etiam si aliquid fieri potuisset melius, quoniam facta sunt, non esse arguenda, sed antequam fierent, consulenda fuissent meliora. Certè si antè interrogatus fuisset Dominus, mallet ne vnguentum an vnguenti precium pauperibus erogari.

respondisset haud dubiè dandum pauperibus. At modò dum emptum dum-
què effusum erat, mulieris pietatem excusat.

(*Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.*) Matth. 20.
hoc est, præfigurauit me sepeliendum, aut expressius, (*præuenit vngere corpus*
meum in sepulturam.) Ac si diceret: Tempus veniet quando me vngere voluerit
mortuum, & non inueniet. Hoc in die resurrectionis Christi factum est, quã
do mane prima sabbati cum reliquis mulieribus venit Maria ad Domini se-
pulchrum, portans aromata, quibus vngeret Iesum, &c. Quod ergo tunc vo-
lebat & non poterat, (quia surrexisse à morte tunc quem vngere venerat
mortuum, didicit) idè licet nesciens, hoc modo præuenit. Aduerte quod Ma-
ria Domino se vbique commiserit vel excusandam, vel obiurgandam, dum
argueretur studium suum ab alijs, nihil pro se respondens, nihilq; se defen-
dens, idcirco Dominus illam nunquam non tuendam excusandamq; susce-
pit. Siquidem excusauit eam primo coram Simone, qui iudicabat eam pecca-
tricem, immundam, atque tactu pedum Christi indignam. Deinde apud
Martham sororem excusauit, quæ illam argui voluit à Domino vt ociosam.
Et nunc apud discipulos defendit, qui iudicabant prodigam. Ipsa nusquam
pro se respondit, sed Domino se commisit, in hoc multo facta gloriosior, quã
si defendendo se, contentionibus seruisset. Pro huiusmodi Dominus respon-
det, sicut dixit Moses: *Dominus pugnatit pro vobis, & vos tacebitis.* Altera die
mane Iesus de Bethania Hierosolymam accessit. Cum venisset autem Beth-
phage, misit duos de discipulis suis, qui adduxerunt ei asinam cum pullo, su-
per quibus dum sedit, à turba cum ramis palmarum & laudibus est obuia re-
ceptus, & in templum introductus. Nunquam similis ante hac fuerat Christo
honor exhibitus. Audierat enim turba miraculum illud præclarum, quod
quatrduantum ex sepulchro mortuum Lazarum suscitauerat: idè tanto illi
honore occurrerunt omnes illi, qui festiuitatem magnam præuenientes,
Hierosolymam conuenerant, vt cum reliquis purificaturi se ante, comede-
rent phasè. Quatuor Euangelistarum non verba hic, sed sensum duntaxat po-
nimus: idq; quo succinctius fieri potuit, vt sæpè numero etiam alibi fecimus,
vbi vel Euangelistarum verba variantur tantum, nihil quod alij non dixe-
rint inducentes, vel vbi historia alium habet diem, quo infra annum tracta-
ri solet. Erat autem varius ibi clamor honorantium atque laudantium Do-
minum. Aliorum ora Christum regem, aliorum Saluatorem sonabant. Alij
vestimenta sua sternebant in via, alij ramos secabant de arboribus oliuarum.
Vnusquisq; quod potuit, Domino exhibuit in honorem. Verùm quanto ob-
lectaretur hoc honorantium studio Christus, indicant lachrymæ quas tunc
super excidio ciuitatis futuro fudit: nec credendum est, Apostolos à fetu se
potuisse continere, videntes magistrum suum lachrymantem. Itaq; quum in-
gressus esset ciuitatem, (*commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic?*) In-
fuetum erat, tanto honore, cantu & laudibus Dominum Iesum introduci, at-
que idè admirabantur. (*Populi autem,*) puta qui comitabantur Iesum,
(*dicebant: Hic est Iesus Propheta à Nazareth*) ciuitate (*Galilee.*) O quam paruo
tempore interiecto, omnis honor iste & acclamatio populi mutata sunt stu-
dio contrario, vt qui modo clamarent benedictum venientem in nomine
Domini, non multò post postularent magnis vocibus vt crucifigeretur.

Matth. 20.

Marci 14.

Matth. 23.

Marci 16.

Luc. 24.

Magdalena

vbi se Chri-

sto semper

commiserit

excusandam

Lucæ 7.

Lucæ 10.

Exod. 14.

Matth. 21.

Ioan. 11.

Honoranti-

um Iesum

studia varia.

Lucæ 19.

Matth. 21.

Ioan. 19.

Auaritia
Phariseo-
rum quanta.Spelunca
latronum
quomodo
templum
fuerit factū.

Marci 11.

Zelus Iesu
in prædican-
do quintus

Matth. 22.

Ioan. 7.

Matth. 26.

Et intravit Iesus in templum Dei, & eiecibat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum & cathedras vendentium columbas euerit. Auaritia studebant Pharisei & Scribæ, atque idèd pro aduenientibus longè diem festum Iudæis, & hostias secum non adducentibus, constituerant columbas aliq̄ hostiarum & sacrificiorum genera, vendentes in porticibus templi, ne quis sibi hostiam deesse, & idèd nihil habere offerendum, posse careri. Porro, ne quis pecuniæ defectum conquereretur, nec propterea sibi esse hostiam compareret, allegaret: constituerunt numularios Pharisei, quibus debita cautione petentibus pecunias mutuo darent, ita prouidentes pluri vel deuotioni vel necessitati, vt suæ cupiditati plura & maiora sequebantur cumularent. Proinde videns Iesus auaritiæ nundinas, non autem pietatis quæstum, eiecit illos de templo, dicens: (Domus mea domus orationis vocatur cunctis gentibus. Vos autem fecistis eam speluncam latronum.) Speluncam idèd latronum, malitia Iudæorum, atque auaritiæ Sacerdotum factum templum vocat, quia cogentes populum ad oblationes & munera, corripabantur in venditione quoque ac solutione vel hostiarum vel pecuniarum mutuarum, fiebant verbera & contentiones: vnde locum orationis, verum deum in locum contentionis ac offensionis, &c.

Prædicabat autem docens in templo, hoc die & duobus sequentibus, mane vsque vesperam. (& circumspexit omnibus,) puta si quis foret, à quo edendum panem inuitaretur. Verùm quia nemo inuitauit, sero ieiunium (quum iam vespera esset hora exiit in Bethaniam cum duodecim sororibus.) Videns Iesus laborem, zelumq̄ prædicandi, simulq̄ paupertatem. In tanta enim vrbe non habuit amicum, qui vellet, sine qui auderet illum hospitio recipere propter Iudæorum metum. Quem enim tanto introduxerant paulò ante honorem, nunc ingrati post tantum laborem turpiter ieiunium ex vrbe emittunt. Simili modo die sequenti & tertia feria à mane vsque ad vesperam, prædicabat in templo, sero exiens in Bethaniam. In his diebus multas est passus Iudæis infidias: qui aliud quam volebant simulantes, dolosè quæstionibus Iesum odiosis interrogabant, putantes se ita dolo posse circumuallare ipsum, vt nihil, quin caperetur in sermone, posset respondere. Verùm studium eorum & praua calliditas non potuerunt vincere sapientiam Christi. Ita enim sapienter hic omnibus respondit, vt eorum nemo fuisset, qui non confutatus redderet, ignominiam cunctis pro astuta sua machinatione reportantibus. In diebus miserunt ministros Iudæi, qui Iesum caperent atq̄ sibi adducerent. Verùm audito dulcissimo Iesu sermone, redièrunt ministri: percontantibus quare Iesum non adduxissent Iudæis, responderunt: Nunguam sic homo locutus est, sicut loquitur ille. Itaq̄ tertia feria cum exiret Dominus ciuitatem, sedit in monte Oliueti contra ciuitatem, & ibi docuit Discipulos multa, loquens primum de excidio vrbisq̄ calamitate futura, multa item de Antichristi persecutione, & extremo iudicio prædicans. (Cum autem consummasset Iesus sermone, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur?) Quasi diceret: Scitis post biduum Pascha fieri Iesum. Verùm aliud nescitis, quod dico vobis filium hominis, id est, me, tradendum, vt crucifigatur. Vos scitis, iuxta legis præceptum, agnum immolandum, Agnus ille ego sum, pro vniuersi populi salute immolandum. Videbitis in templo

impleri, quod hactenus in figura gestum non intellexistis. Nominat autem se filium hominis, id est, Virginis: quia iuxta eam naturam, quam in Virgine suscepit, etiam passus est. Divinitas enim semper in Christo impassibilis mansit & immortalis, natura licet humana dolores incredibiles patiente. Nihil hominis tamen quicquid uni convenit naturæ, tribuitur etiam alteri, propter unitatem identitatemque personæ, quæ duas has naturas inconfuse in se habet cointas. Atque ad eum in sequentibus quicquid opprobrij, quicquid poenarum audieritis Christum patientem, cogitate non solum hominem, verum etiam Deum pro vobis (licet afflictus in humanam adtaxat signaturam) pati. Hic pro vobis consputus, hic cæsus, hic crucifixus, hic mortuus est. Quibus, (scilicet, de passione eius) auditis, contristati sunt valde. Et venerunt in Bethaniam. Mansit feria quarta in Bethania Iesus. Quid ibi fecerit, quid docuerit, nemo Evangelistarum loquitur. Putandus tamen est, quomodo Apostolis suam prædixerat passionem, matri quoque & reliquis amicis hanc prænucciasse. In hac quarta feria (quia Christus feria tertia dixerat: *Non videbitis me amodo, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini*) principes Sacerdotum & feniores populi, videntes Iesum non rediisse ad prædicandum, suspicati sunt ne fortasse fugeret, & e manibus eorum laberetur, quamvis illa verba nequaquam loquutus fuerat Dominus de corporali abscissione, sed de translatione testamenti: quia volebat ab eis ferre sacrificium & vntionem, pontificatum, sacerdotium, templum, omniaque sancta eorum, & eadem tradere gentibus, ut modo cernimus omnia, quæ ad Dei cultum pertinent, Iudæis ablata, nobis vero, qui ex gentibus venimus, collata. (Tunc congregati sunt principes sacerdotum, scribae, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiaphas: & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, & occiderent.) Quia nullam inueniebant causam in eo mortis, idcirco tractant quomodo dolose eum interficiant, ne populi oriatur seditio, qui pro meliore parte bene Christo afficiebatur. Timebant vero plebem. Dicebant autem: *Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.* Hoc est, Non in die festo, quo tanta populi multitudo præsens est, hoc faciamus, ne vi de manibus nostris eripiat, nosque turba interficiat. Et quia turba quoque in se diuisa est, quum sic murmur virium de eo, alijs dicentibus quia bonus est, alijs vero hoc negantibus, sed dicentibus, quod seducat turbas: facile etiam in populo dissidium posset suboriri tumultuosum, idcirco expectemus donec festo peracto populus abscesserit. Hoc itaque statuerunt. Verum paulo post oblata occasione, qua sine turbis posset comprehendi, consilium hoc mutauerunt. Interea Iudas vnus ex duodecim, qui adhuc pro vnguenti effusione stomachabatur, quod pecunia illa non sibi distribuenda foret commissa, unde decimam partem potuisset furari, agnouit per instinctum diaboli, principes simul esse in consilio, tractantes de nece Christi absque populi tumultu parranda. Intrauerat enim diabolus (ut infra dicitur) cor eius, ut traderet Iesum. Hoc est, Iuda locum dante, id est, non resistente, intrauit diabolus in eum, non habitando in eius anima, nec ad consensum cogendo, sed per suggestiones malas illaqueatum vincendo. (Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscarioth, vnum de duodecim, qui abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum illis traderet eum.) Impudentem fecerat malitia & inuerecundum: idcirco non vocatus, con-

Luce 17.

Matth. 32.

Matth. 26.

Luce 23.

Matth. 26.

Ioan. 5.

Matth. 29.

Luce 22.

Ioan. 13.

cilium intravit Iudæorum, quasi dicens: Scio domini, quæ vos causa tradi-
da huc congregauerit. De Iesu consultatis, quomodo sit absq; turbæ tumultu
occidendus. (Et ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam.) Quis
timetis, iam ego mecum expendi quomodo faciam, vt non habeatis timorem
leuabo vos omni metu. Quid vultis mihi dare? Ego grande nihil postulo. Vult
est mihi quod cupio vobis vendere. Ideo non statuo precium, sed vestro iudicio
& voluntati relinquo. Quid vultis mihi dare? Detis mihi vel aliquid, do-
go vobis eum tradam. (Qui audientes, gauisi sunt, & promiserunt, & postea
pecuniam illi se daturos, & constituerunt ei triginta argenteos. Et ex-
de quærebat opportunitatem, vt eum traderet sine turbis.) Hic dolere potest
pia anima pro vilipensione & contemptu, proque tam iniuriosa venditione
Christi in mortem. Heu infelix auaritia, in quanta præcipitas tibi seruare
peccata? Videtis ne charissimi, negociatores omnes, aduocatos, infitrosos,
osq; omnes, quicumq; in hiant diuitiarum lucris, quam turpem exercen-
tiam, quomodo Christum, id est, veritatem, vendant mentiendo, fide
iurando, mala pro bonis vendendo, fallendo, &c. Causidici verò, aduoca-
& iurisperiti, iniustas causas tuentur, ijs, qui iniustam habent causam, per-
cinantes: aut si iustam partem adiuuerint, adinventionibus ramen tempore
quibus possunt nobis litem protrahunt, ne ad finem causæ sententiam impo-
niatur, quo ipsi diu interim suam negociantur quæstum ex sudoribus pa-
perum. Quamdiu habes quod illis impendas, iusta astruitur causa tua: & do-
nec promissionibus fictis te deceptum senseris, bona verba promittunt. Et
omnes Christum vendunt. Et nos fratres Christum vendimus, quoties de-
stabile aliquid quod concupiscimus, eius anteferimus voluntati. Malum
enim Deum tunc ipsum offendere, malum ab eo recedere, malum eum
mittere, quam delectationi nostræ non satisfacere. Hoc modo pro re vili-
sima sæpenumero vendimus Deum. In huius memoriam venditionis Chri-
sti. Deo deuoti multi ab esu carnium abstinere feria quarta.

Christum
quomodo
multi my-
stice vendant.

Exod. 13.

Agnus Pas-
chalis vti
Christum fi-
guravit.

Iudas autem accepta promissione pecuniæ, abiit, quærens opportunitatem
vbi traderet Iesum sine turbis. Redijtq; vesperi ad Iesum. Quem haud dubie
quomodo solebat pius Dominus, suscepit in osculo, dissimulans nescire
(quod optimè sciebat) quid Iudas egisset. (Venit itaque dies azymorum.) Dies
zymorum erat quartadecima dies mensis primi, incipiendo à nouitate lunæ
computationem dierum, in quo Iudæi immolabant pascha. Hoc pascha
erat illis à Domino præceptum, propterea quod à dura seruitute & capere-
tate erant Aegypti liberati, in terribilibus signis & vltionibus diuinis, quibus
percutsa fuit Aegyptus. Huius ne essent beneficij diuini immemores
Israel, iussi sunt singulis annis decima quarta die mensis primi, qui iuxta
quorundam opinionem erat Martius, iuxta aliorum Aprilis, immolare
vesperam agnum sine macula, quem comederent. Erat autem figura, quod
niuersum genus humanum (sicut olim genus Hebræorum) sub captiuitate
diaboli detentum, redimendum erat à dura illius seruitute, per occisionem
agni immaculati Iesu Christi. Itaq; quamdiu veritas non aduenerat, figura
obseruabatur. Nam & Christus pascha vltimum adhuc seruauit. At postquam
ipse immolatus est iam non in figura, sed verum Pascha obseruamus; com-
edentes eundem ipsum ac verum agnum, qui pro nobis immolatus est, videlicet
Christum.

Christum, qui se nobis præbet in sacramento in cibum, in memoriam suorū mirabilium. Aderat autem dies quo erat comedendum Pascha.

(Et mittit) Iesus ex discipulis suis (Petrum & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis Pascha, vt manducemus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus?) Quasi dicant: Mittis vt nos paremus Pascha. Vbi est domus? vbi agnus? vbi reliqua iuxta legem esui necessaria? Videtis quam solennem vsque in finem Christus paupertatem obseruauerit? Pauper in mundum venit, pauper vixit, pauper mundū exiuit. Nudus intrauit mundum, nudus est egressus: aded pauper, vt deessent illi necessaria ad tantam solennitatem, obseruantiamq; legis. (Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis ciuitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aqua portans. Sequimini eum in domum, in quam intrat, & dicetis patri familias domus: Dicit tibi magister: Tempus meum prope est. Apud te facio Pascha cum discipulis meis. Vbi est diuersorium & refectio mea, vbi Paschacum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate nobis.) Homo ille hatid dubium discipulus fuit Iesu: quia per hæc verba, Dicit tibi magister, mox intellexit Dominum Iesum, cuius occultus erat ipse discipulus. Erat etiam diues & plenus fide, quippe qui non obstante Iudæorum prohibitione, recepit Dominum hospitio cum discipulis eius, tribuens eis necessaria. Prohibuerant namq; Pontifices & seniores Iudæorum, ne quis Christum hospitio suscipere. Quod aded homo ille non curauit, vt Deum etiam benediceret, & gratiam sibi fieri magnam putaret, quod sua ipsum visitaione hoc modo Christus dignaretur. Verum dicit quis, Quare Dominus huiusmodi paraphrasi vtens, qua illum describit, non nominauit eum? Dicendum, vt quibusdā placet, à Christo nō fuisse nominādū illū discipulū, Iuda adhuc presēte, ne mox ad Iudæos iturus, Dñmibi traderet. Voluit, n. Dñs àtequā traderetur, Pascha legale seruare, deinde testamēti noui sacramentū instituere, sermone quoque longo discipulos confortare: atque tandem in locum Iudænotum, vbi absq; turbis capiendus esset, sese offerre. (Euntes autem discipuli eius, inuenerunt sicut dixit illis Iesus: & parauerunt Pascha.) Circa meridiem vel pauld post Dominus cum discipulis suis de Bethania vadit ad ciuitatem Hierusalē, Pascha cum suis comesturus. Credenda est beata Maria cum reliquis sanctis mulieribus, per aliquod spacium viæ fuisse filium comitatam. Vbi quum separarentur, mater videlicet à filio, & filius à matre, intolerabilis vtriusq; erat dolor. Nunquam enim posthac in hac specie erat mater illum visura. Sciebat namque adesse passionis eius tempus, sciebat Iudæos conspirasse. Idcirco tãquam vltimum cum eodem sermonem habitura, se illi, & illum patri commendauit cum maxima lachrymarum effusione. Quid autem ipse matri, aut mater illi dixerint, non scribunt Euangelistæ: huiusmodi enim, deuoris, pijsque cordibus meditanda reliquerunt. Nulli tamen est dubium, quin matri desideratissimum fuisset filio commori, si ipse voluisset: id enim tolerabilis ei fuisset, quam ab eo discedere, atque solum relinquere. Cor pium cogitet vtriusque hic separationem, hoc est, duorum feruentissimè purissimèq; se amantium diuisionem, videlicet matris & filij, imò Dei hominis à sua matre, quam fuerit dolore plena. Facta hac separatione, Christus cum suis ciuitatem domumq; intrauit, vbi Pascha erat comesturus.

Luc. 22.

Paupertas.
Christi quã-
ca.Discipulum
istum cur
non nomi-
nauerit
Christus.Separatio
Mariæ à filio
quam fuerit
dolorosa.

Hic

Hic incipiendæ sunt Dominicæ passionis vespere primæ, ab i
qui eiusdem passionem in horas distinguunt: ad quas ea
quæ sequuntur, adnumeranda sunt.

Ioan. 11.
Matth. 26.
Marci 14.
Luc. 22.
Exod. 13.
Lucæ 18.

Ibidem.

Lucæ 22.

Matth. 26.
Lucæ 22.
Marci 14.

Ioan. 13.

Ante diem festum Pascha, quoniam vesperi facta esset hora, venit Iesus & discubuit, duodecim Apostoli cum illo. Paratis omnibus, Christus cum suis in manibus comedebat Pascha iuxta ritum legis. Stabant autem circumcincti renibus, tenentes baculos in manibus, &c. Consummato esu & ritu obseruantiarum Paschalis agni, creduntur Iesu eiusque discipulis alij quoque cibi appositi. Propterea dicit Euangelista, discubuisse Dominum cum discipulis suis, hoc est, sedisse ad mensam. Non potuit autem sedisse in esu Paschalis agni, qui à stantibus, & quasi ad iter accinctis iussus fuerat comedi, non dentibus. Sedebant autem in pavimento iuxta morem patriæ. (Discubuit autem eis & manducantibus, ait Iesus: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar.) Hoc est, ex intimo cordis desideravi semper tempus, quo vltimum Pascha vobiscum comedam, & consummentur figura passionis meæ, termineturque quicquid sub veteri testamento de me est in figura, & compleatur quod figuratum est in veritate, Desiderio igitur desideravi hoc Pascha vltimum, quo Pascha vetus finiam, nouum instituiam, manducare vobiscum,) ac si diceret: Quanto filioli ad hanc semper horam desiderio aspirauit, ut quod passionis meæ fuit hætenus figura, amoueatur: sicque amoneatur, posthac non figura, sed veritas consummata celebretur? Quanto desideravi usque modo o filij cruciatus sum, donec illa hora veniret, ut in me perficerem omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis & Psalmis de me? Quanto desideravi ad hanc horam semper cucurri, ut semel veniret vltimum Pascha, per quod non manducarem aliud in figura vobiscum, sed ipse ego Pascha vltimum immolarem pro vobis? Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Non manducabo deinceps Pascha hoc, quod passionis meæ sit figura: quia figura hæc mutabitur in veritatem, & implebitur in confestum, quando agnus ipse vituus pro vobis immolabor, qui in regno Dei id est, Ecclesia militante, comedendus à vobis sum. (Et accepto calice,) hoc est, scypho, aut poculo, iuxta antiquum ritum, neque enim intelligitur hic quæquam de consecratione, aut sumptione corporis & sanguinis Christi, cum postea fiet mentio. (gratias egit,) id est, benedixit, non consecrauit: sed ut post sumpturus, Deo patri egit gratias: quomodo priorum est hominum, benedictionem mensæ celebrare. (& dixit: Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis, quod iam non bibam de generatione vitis huius, donec regnum Dei veniat, usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei.) Nihil hic aliud intelligitur, nisi quod Christus antiquum voluit finire testamentum, atque ideo post hæc nihil figurale, quod tanquam futurum aliquid in veritate debere obseruari, quia instituire voluit nouum testamentum, sumereque veritate corpus suum in sacramento, & alijs simul sumendam tradere. Cuius igitur cœna illa facta esset secundum legem. (Scitis Iesus quia venit hora ut transeat ex hoc mundo ad patrem, quoniam dilexisset suos, qui erant in mundo, ut dilexerit eos.) Hoc est, semper dilexit eos, ostendens eis etiam circa finem huius mortalitatis suæ, singularia dilectionis suæ beneficia. (Quumque misisset eos)

diabolus in cor) Iudæ (vt tradit et cum Iudas Simonis Iſcariothis.) Nō intelligendus est diabolus potestatem habere immittendi nobis cogitationes prauas, quæ potius à nobis oriuntur: quas vbi diabolus cognouerit per signa exteriora, succendit sufflando concupiscentiæ ignem, alliciendoq; instigat ad consensum: quem licet nequeat imperare, fallendo tamen hominem, persuadere potest. (*Sciens* itaq; Iesus, *quia omnia ei dedit pater in manus: & quia à Deo exiit.*) in mundū veniens, nec patrem relinquens, (*& ad Deum vadit.*) mundo quidem corporalem præsentiam subtrahens, sed nobiscum nihilominus vsq; in consummationem seculi per gratiam, atque in sacramento sub aliena specie verè permanens. Vult igitur Euangelista dicere: Quum Iesus sciret, quis quantusq; esset, non tamen maiestatis nec domini, sed serui tantum formam exhibuit. Quid enim fecit? (*surgit à cœna.*) illa videlicet legali & typica, descendens in inferiorem locum sub cœnaculo. Qui enim loca viderunt illius patriæ, Palæstinos hoc modo ædificasse referunt, vt cœnacula in sublimiori domus parte, in ima sint ad dormiendum cubacula siue aulae, quod verisimilè propter æstium vehementem qui ibi est, putatur. Hoc modo in hac quoque domo distincta autumant fuisse loca, cœnaculum videlicet superius, in quo comedere Pascha Christus: & aulam vel cubiculum subtus hoc cœnaculum, in quo lauerit pedes Apostolorum. Nam in hoc inferiori loco perhibent fuisse Apostolos clausis foribus propter metum Iudæorum, tempore eo quo resurgens Iesus illis apparuit. Itaque Dominus surgens à cœna, & ad inferiora sequentibus discipulis descendens, (*ponit vestimenta sua.*) hoc est, supernum vestimentum siue pallium. Neque enim nudus mansit postis vestibus, quod necessariū fuisset, si vnam duntaxat habuisset tunicam. (*Et cum accepisset linteam, precinxit se. Deinde misit aquam in peluum, & cepit lauare pedes discipulorum suorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum,*) volens ab eo incipere. (*Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes?*) Domine, tu rex cœli & dominus maiestatis, lauabis mihi peccatori, seruo infirmo ac vili pedes? Num magister discipulo, dominus seruo, rex militi, Deus creator creaturæ, vt lauet pedes, admittendus est? (*Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo.*) causam quæ facio, iam nescis. (*Scies autem postea,*) quum exposuero. Petrus stupens Dominum maiestatis ante pedes suos procumbere, dū suam vilitatem, & illius considerat magnitudinem, eamq; adeo humilem, non potuit, vt sibi à Domino laurentur pedes, admittere. Ideoque (*dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum.*) Non possum sustinere vilis & immundus ego peccator, vt tu mihi pedes laues. Neque enim possum videre Dominū ac Deum meum ante pedes meos humiliatum. Quamquam pia intentione contra Domini humilitatem certauerit Petrus, debuit tamen obedire & acquiescere. Atq; idēd pro sententiæ suæ pertinacia arguitur, minis quoque adiectis à Domino. (*Respondit enim ei Iesus: Si non lauerote, non habebis partem mecum.*) hoc est, si obstinatus manseris in proposito tuo, mihiq; non obedieris, non habebis partem mecum. Humilitas vtiq; tua commendabilis est, qua tuam vilitatem mea dignitate sentis inferiorem: & quantum in te est, à me inhonoratam velis. Veruntamen si meæ tuam prætuleris sententiam, hæc superbia faciet obstinata, vt non sis habiturus partem mecum. Aut ita: *Quod facio, tu nescis modo.* Ego quidem lauo te, nō propter eluendas sordes puluerisve

K k

corpori

corpori hærentes, sed vt ostendam te mundum oportere esse animo affectu ad cibi sumptionem, quam tibi ocys daturus sum. Aut aliter: Tu quis nescis quid ad lauandos aqua pedes vestros me inducat. Nescis quoque que necessaria tibi sit ablutio non modo per aquam, verum in sanguine meo, quod ius lotionis hæc lotio exterior duntaxat est signum. Itaque si non laueris, sanguinem pro te non fudero quo laueris, non habebis partem mecum, non in gloria mea particeps, nec felicitatis meæ habebis communionem. Hæc dicens Petrus, licet grauius admodum ferret, Dominum ante pedes suos genua uasse genua, parastetq; se ad lotionem pedum: tamen intolerabilius miror, quod non esset habiturus partem cum Christo, si in hac perseveraret inobedientia. (Dicit ergo ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput.) Haudquaquam à te separari, aut partem tecum non habere patiatur. Quapropter si ita res habet, satius mihi est & caput & manus cum pedibus lauari, quam abs te diuidi. Quicquid uoles, laua: saltem habeam partem tecum. (Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus.) Qui lotus per baptismum haudquaquam eadem lotionem iterum indiget, opus est tamen illi vt pedes lauet. Afsidua enim lotionem egent pedes, quando dum calcatur terra, semper puluis eisdem adhæret. Per pedes enim figuratur affectus motusq; hominis: & ij, quando viuimus, quantumlibet eum profecerimus, nequaquam ita possunt mundari, ne denud mox inquinentur. Qui lotus est, inquit, hoc est, qui baptizatus est. Hic intelligimus Apostolos baptizatos, haud dubium à Christo, tamen si scriptura nulla hoc exprimit, quo haberet Christus qui baptizarent alios. Nam ex turba licet neminem baptizaret Christus, suos tamen domesticos atque Apostolos quis alius creditur, quam ipse Christus, baptizasse? Sequitur: (Et vos mundi estis.) Quantum ad caput, id est, intentionem: & quantum ad manus, id est, opera, licet non affectus motusq; desideriorum. (sed non omnes.) peccatum enim adhuc in vestro latet collegio. (Sciebat namque quisnam esset, qui traderet eum. Propter autem ait: Non estis mundi omnes.) Vide clementissimi Iesu affectuosissimam humilitatem, lauantis singulorum pedes, linteo abstergentis, & osculantis. Inter omnes humiliter proditoris quoque lauat pedes, non minora, sed maiora etiam, quam cæteris, illi pietatis officia impendens. Siquidem, vt plerique scribunt, quum ante illius pedes genua flexisset, suauissimum emisit aspectum illius vultum, quo dulci intuitu, charitatisq; officio externo cor eius emolliret. Quidam scribunt, Dominum Iesum ante Iudæ pedes etiam fuisse chrymatum. At superbum illud cor, neque lachrymæ Iesu compatiens, neq; lauantis humilitas potuerunt compungere. (Cœnantibus autem illis ad mensam cœnæ Apostolis vna cum Iesu sedentibus, volens Iesus nocuisse Pascha incipere, institueretq; Sacramentum corporis sui in cibum, sanguinemque in potum, ad sui suorumq; beneficiorum memoriam, vt in illo eius benedictis sapius recogitatis, disceremus ipse ad nos charitatem, indeq; resalescentes illum redamaremus. (Acceptit igitur Iesus panem.) azymum, id est, non fermentatum triticeum. (Et gratias agens.) tanquam homo Deo Patri, (benedixit,) id est, omnipotentia virtutis suæ diuinæ consecrauit, atq; in sui corporis humanum conuertit, (et fregit.) Hic partes & Christi membra noli cogitare quando audis, fregit: quia post consecrationem dum hostiam frangis, non

Humilitas
Iesu affectu-
osissima
in lotionem
pedum.

Matth. 26.
Marci. 14.
Lucæ 22.

Corpus
Christi non
diuidi, dum
sacra fran-
gitur hostia.

diuidis corpus Iesu in partes, sed diuidis hostiam, hoc est, species panis in partes. Quæ partes & singulæ, & omnes simul, non sunt nisi vnus idemq; Christus, totus in toto, & totus in partibus singulis. Fregit autem Iesus panem, vt omnes assidentes discipuli inde participarent. Ided sequitur: (*deditq; discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur.*) Hic manifestè suum corpus nominat, non significatiuè tantum, sed verum quod pro vobis, inquit, tradetur: hoc est, patietur, crucifigetur, &c. (*Hoc facite in meam commemorationem.*) Hoc sacramentum consecrate, tractate, celebrate, sumiteq; in meam commemorationem, hoc est, in mei memoriam, in quo recordemini charitatis meæ erga vos, operumq; ac beneficiorum quæ vobis contuli: potissimum autem redemptionis vestræ quam passurus operabor vobis. Consuetudo est inter amicos, vt is qui recedere habet ab amico, in sui memoriam xenium, donumve aliquod relinquat, quo sui teneat memoriam amici. Hoc modo Dominus in corporali visibiliq; forma nos relicturus, sui relinquere voluit monumentum, atque donum nobis dare salutiferum, hoc est, quo nobilius non habuit, seipsum sub sacramento corporis & sanguinis sui. (*Similiter & calicem postquam cœnauit accipiens, gratis egit*) Deo Patri, qui glorificari voluit in filio, (*& dedit illis dicens: accipite & diuidite inter vos*) omnes, hoc est, quod sequitur: (*& bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et biberunt ex eo omnes.*) Multa hic possent non inutiliter dici. Verùm quia hoc Sacramentum sua habet festa, puta Cœnæ Domini & corporis Christi: ided ad passionem, cuius hodie potior est memoria, festinandum nobis est. Hoc tantum dixisse modo sufficiat, duo sacramenta hic instituisse Christum, nempe Eucharistiæ & ordinis. Ordinauit enim hic Dominus Iesus Apostolos omnes sacerdotes. Vbi verò Dominus Iesus hoc modo corpus & sanguinem suum omnibus tradidit Apostolis iuxta communem doctorum sanctorum opinionem, dedit etiam inter illos in ordine suo Iudæ. Nulla enim erat ratio, quare à communi beneficio illum excluderet, cuius peccatum latebat omnes, soli q; notum erat Christo. Si enim à communione illum repulisset, eius lassisset famam, in hoc manifestans huiusmodi etiam criminis reum, propter quod vt indignus, à Sacramenti huius perceptione fuisset repulsus. Iudas verò licet sumpserit bonum, non tamen factus inde fuit melior, sed nequior & obstinatio: quia bonum non benè, sed malè sumpfit. Atq; ided non ex Sacramento, sed ex Sacramenti irreuerentia ac contemptu maior illi cæcitas, induratioq; cordis irrepfit. Quia autem nulla ipsi beneficia Christi profuerunt, ex nullo enim horum respuit factus melior, tentauit Dominus innominatù corrigere, vtens verbis generalibus, vt vel Iudas agnosceret, suum crimen Christum non latere: & quantum in se foret, nihil Christus omitteret quo emendari Iudas, si vellet, potuisset. (*Dixit igitur ad omnes: Amen dico vobis, vnus vestrum me traditurus est.*) quasi diceret: Quamuis multis ego officijs pariter ac beneficijs, quanta vos charitate diligam, monstrauerim: in vobis tamen contratam ingens reperitur ingratitude erga me, vt vnus ex vobis me sit traditurus. (*Et contristati valde, ceperunt singuli dicere: Numquid ego sum Domine?*) Vndecim Apostoli innocentes, tristitia magna affecti sunt, propterea quod tantù malù apud se inueniretur. Sciebant, n. ad singulorum pertinere ignomi-

Matth. 26.
Marci 14.
Lucæ 22.

Xenium nobilissimum à Christo nobis relictum quod.

Matth. 26.
Marci 14.
Lucæ 22.

Marci 14.

Sacramenta in cœna hæc instituta duo quæ. Corpus Christi Iudam quoque accepisse.

Iudas cur ex sacra communione factus sit nequior.

niam, si ex vniuersis vel vnus tantum facinus perpetraret, Et licet præter hanc nemo ex omnibus sceleris huius sibi conscius foret, sciebant tamen prorsus certum esse atque futurum, quod veritas loquebatur: quamobrem metuebant singuli, magis verbis Christi, quam suæ conscientia crederent. Non poterat enim non fieri, quod Christus perhibuit esse futurum.

Singuli igitur cogitantes intra se, ne forte sim ego, qui facturus tantum est malum contra Dñm Deum suum, interrogabant Dñm singulatim, dices: *Nunquid ego sum domine?* (At ille respondens, ait: *Vnus ex duodecim, qui intinxit manum mecum in paropside, hic me tradet.*) Nondum intelligebant Apostoli, omnes enim ex paropside sumpserant, & panem ibi intinxerant: licet forte se iam ex metu subtraherent vndecim manus suas, non audentes iterum manus ad comedendum siue intingendum extendere præter Iudam, qui paruos est audacia & mentis cæcitate aded fuisse induratus, vt simul cum Christo intingeret, quo de hoc scelere se simularet securum, nec ad se pertineret hæc Christi verba. Hoc tamen reliqui Apostoli non considerabant, aliud cogitantes, quam quod singuli in paropside cum Iesu intinxerant. Commemorat Iesus sermonem, dicens: (*Filius quidem hominis vadit,*) id est, transibit ex hoc mundo, quia tradendus à discipulo est suo in mortem, (*sicut scriptum est de eo,* scilicet in Psalmo: *Etenim homo pacis meæ in quo speraui &c.* Et, *Oblatus est, volunt &c.* (*Vt autem homini illi per quem filius hominis tradetur, Bonum erat si finatus non fuisset homo ille.*) Hæc dixit ad terrorem Iudæ. Verum nihil horum Iudas ad se traxit, sed impudens ac frontosus, quoniam reliqui omnes Apostoli interrogauerant Dominum, *Nunquid ego sum domine?* ne sua redderet taciturnitate suspectum, interrogat etiã, ipse dicens: (*Nunquid ego sum rabbi?* Ait illi Iesus: *Tu dixisti.*) Tu sponte confiteris. Inter illa enim verba, *Nunquid ego sum rabbi?* quæ interrogatiue pronunciantur, si interrogatiouis vna fuerit dictio amota, reliqua verba sonant confessionem. Tollatur enim verbum hoc, *Nunquid:* quæ remanent verba, sunt: *Ego sum rabbi.* Itaque inter quatuor verba, *Nunquid ego sum rabbi,* dixerat Iudas quæ erant verba confessionis: *Ego sum rabbi.* Propterea respondit Dominus, *Tu dixisti.* Magna est patientia Saluatoris, qui nihil asperum, nihil exprobratorium suo responderi proditori. Cogita quid tu domestico responderes amico, similia in te manenti & discere tunc redemptoris exemplo, quomodo vindictæ appetitum quomodoq; continere debeas linguam. (*Erat ergo recumbens vnus ex discipulis in sinu Iesu quem diligebat Iesus.*) Ioannes hic fuit, qui vbi tantum scelus audierat futurum, territus, in sinu siue super pectus Saluatoris caput suum inclinabat. n. in terra. (*Huic innuit Simon Petrus,*) signo aut nutu indicans eide, vt Dñm interrogaret (quia ad latus Iesu sedes, super eius sinu aut pectore recubebat) quis esset de quo loqueretur. Hoc est quod Euangelista loquitur, quod Petrus innuit Ioanni, (*dicens*) non verbo, sed nutu. (*Quis est de quo Magister loquitur?*) Ioannes itaq; applicans se ad Dominum, interrogat: (*Domine quis est qui tradet te?*) Hæc in silentio interrogat, Dominusq; audit in silentio siue in secreto respõsionem. (*Respondit Iesus: Ille est cui ego intinxi panem porrexi.*) Vide, quoniam occulta non sunt manifestanda peccata. Atq; ideo cum Iudas per signum disceret à Domino, nequaquam Petro reuelauit peccatum Iudæ, quod tunc secretum adhuc erat. Quare autem Ioanni Dominus Iuda

Psal. 40.
Esaia 53.

Patientia
Christi quomodo imitanda.

Ioan. 13.

Ioan. 13.
Peccata
aliorum
occulta non
esse manifestanda.

peccatum manifestauerit, si quis miretur, sciat expedisse vt Ioannem futurū Euangelistam, proditor non lateret. Operę precium enim erat, fidelibus cunctis compertissimum fore, quod Dominus traditorem suum præsciuerit, monuerit, pertulerit, dissimulauerit, terruerit, omniaq; quæ ad patrem spectant vigilantem, quo illum faceret meliorem, perfecit, antequam Iudas crimen quod animo conceperat, Iudæisq; se facturum sponderat, perficeret. (Et cum intinxisset Iesus panem, dedit Iudæ Simonis Ischariothis,) non panis erat consecratus, sed communis. Porro Iudæ dando panem, (ait Iesus: Quod facis, fac citius.) Non iubendo consulendo hæc verba dixit Iesus, sed consensum suum non solum ad mortem, verum etiam ad modum passionis, puta per traditionem discipuli sui vt moriatur, explicat: simul nobis indicans suum non solum consensum, verum etiam desiderium pro nobis moriendi: quoniam peractis quæ agere & prædicare habebat omnibus, nihil magis desiderabat, quam pro nobis mori. Dicit igitur: Quod facis, fac citius, id est, non iubeo, non peto, non consulo: sed quod tamen facturus es, permitto & malo vt citius, quam vt tardius fiat. (Cumque ille accepisset buccellam, tunc introiit in eum sathanas, id est, maiorem potestatem accepit in eum, propter obstinationem maiorem, Creuit enim peccatum Iudæ, quanto ille obstinatio ex Christi beneficijs & admonitionibus fiebat. (Exiitq; continuo,) auditis his verbis Christi. Porro hæc Christi verba non intellexerunt cæteri: Credebant enim à Domino illi his verbis obscuris præceptum, vt eleemosynam daret egenis, aut pro festo aliquid compararet. (Erat autem nox.)

Peccatum Iudæ cur Christus Ioanni reuelauerit.

Desiderium Christi pro nobis moriendi quantum.

Hic vespere finiuntur primæ, in quibus articuli quatuor veniunt meditando. Primus, legalis cœnæ observatio. Secundus, Discipulorum pedum lotio, Tertius, Eucharistiæ institutio. Quartus, proditoris præmonitio.

QUAE AD COMPLETORIUM RESPICIUNT

primum hinc sequuntur.

Cum ergo exisset Iudas scilicet, (dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.) Tenebræ enim, hoc est, Iudas, exierant. Incipiens igitur Iesus suauissimum sermouem, dicit: (Filioli, adhuc modicum vobiscum sum, Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quo ego vado vos non potestis venire.) Ante prædicandum erat euangelium, quam Apostoli martyrij (hoc est passionis) via Christum sequerentur: Obserua quoque quod Dominus Iesus recessurus, solos bonos suosque tantum secum habens, propter amoris teneritudinē eos vocat filiolos. Hic sermo, quia prolixior est quam vt hoc loco aut tempore commodē possit tractari, idēd paucissimis desumptis prætergrediendus, (Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.) Ego dilexi vos prior, dilexi gratis, non propter meritum, beneficium, aut commodum: dilexi etiam non diligentes, dilexi quoq; ad æternā vt veniatis felicitatem. Hoc modo & vos alterutrum debetis diligere. (In hoc cognoscent omnes quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem.) Principes ac reges genera coloresque habent distin-

Ioan. 13.

- Et os vestium, quibus famuli sui ab alijs discreti, cognoscantur. Vestis Christi est charitas: quam qui habet discipulus Christi est: quisquis non habet Christi non est discipulus. Dicit igitur Iesus: *In hoc cognoscet &c.* per hoc signum cognoscitur quisque meus esse discipulus, non quia demonia ei non quia languores curat, non quia illuminat cæcos, non quia suscitatur tuos, sed quia dilectionem habet ad proximum suum Petrus memor verborum Iesu supradictorum: *Quo ego vado, vos nos potestis venire, super his interrogat Dominum, dicens: (Domine quo vadis? Dicit ei Iesus: Quo ego vado, vos potes me sequi modo. Sequeris autem postea. (Non potes (vult dicere) sequi passionem, ut mecum crucifigaris, quod multo post tempore tibi eveniat tunc enim sequeris me. (Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modo? An manum meam) (id est, vitam meam) (pro te ponam. Respondit Iesus: Aniam tuam pro me ponere? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges. Alius Evangelista ita locum hunc refert, Dominum inducens loquentem (Simon, ecce sathanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Primum hic nobis sit manifestum, nihil diabolus in nos posse machinari, nisi quod permiserit Deus. Experiuisse enim dicitur, id est, assensum à Deo petisse suam vitam ac facultatem cribrandi Apostolos, aliosque electos omnes: quem modum etiam contra Iob potestatem seu (ut dicitur) licentiam à Dño petiuit, accepit non quantum voluit, sed quantum Dñs illi permisit. Ego autem pro te rogavi &c. dicit Petrus lapsum futurum, licet non ad damnationem extremam, neque enim obstinatus mansit, sed potius ut discat in seipso fragilitatem humanam: tum quæ aliquando pastor Ecclesiæ, vel inde quomodo alijs compati debeat peccatoribus, cognoscat. Propterea sequitur: *Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Evangelista Matthæus sic refert: *(Dixit Iesus: Omnes scandalum patiemini in me in hac nocte. Scriptum est enim: Percutiam &c. Et respondit Petrus: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego non scandalizabo & Petrus loquebatur quomodo in corde sentiebat & volebat. præsumebat enim de amore quod tunc feruebat, quemque sentiebat ad Christum, qui donum est Dei, præmeditans quod homo subtraheret hoc dono. Proinde verum quidem hic loquitur, licet egerit aliter accedente tentatione. Nam qui fortior est nobis erat animo, ante quam hostis accederet, in primo congressu ab hoste vincitur, profundiusque & grauius quam ceteri sauciatur. Itaque loquebatur Petrus ex vehementia affectionis qua tenebatur ad Christum, & virtutis suarum præsumptione, vnde impossibile arbitrabatur, futurum ut Christum negaret. Quia igitur Petrus tantum præsumpsit de sui constantia, permissione Dei profundius cecidit quam alij Apostoli. (Similiter omnes alij dixerunt Apostoli) se paratos commori Christo. Post multa alia quæ in mensa cum suis suauissimo sermone Iesus locutus est, tandem dicit: *(Surgite eamus hinc)* Continuat autem ceptum sermonem in alio loco, seu in itinere exterræ hortum. Ibi hortatur eos inter alia permulta ad patientiam, dicens: *(Mando vobis, ut diligatis inuicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia non de mundo, non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.)* Mandatum hic capitur pro reprobis, & iuxta carnem viuentibus atque prudentibus**
- Ioan. 13. |
- Lucæ 22.
- Diabolus nihil posse contra nos nisi Deus permittat. Iob. 1.
- Math. 16.
- Ioan. 14.
- Ioan. 15.
- Mundus quomodo hic accipitur. Lucæ 16.

Qui alibi filij huius mundi vocati fecernuntur distinguunturq; per Christum à filijs lucis. (Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt, &c. Finito longissimo sermone pariter ac suauissimo, (& hymno dicto,) id est, dictis Deo Patri laudibus & gratiarum actione, egressus Iesus, ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum.) Consueuerat dominus Bethaniam iturus hac transire via, consueuit & in monte sapius orare & pernoctare. (Secuti sunt eum & discipuli eius.) Videte quomodo vadit gregatim cum eo, sine ordine eum circumuallantes, ex amore & desiderio verbi Dei, vt gallinam circundant pulli. Vnusquisq; enim propior esse voluit Christo. Amanti namq; & tristi corde Dominum nunc vltimo conducunt ad locum, vbi illum erant amissuri, fugituri, atque relicuri: licet hoc in praesentiarum nequaquam haberent in animo, quippe qui ituros se cum illo credebant in mortem. Erat autem locus Iudæ notus, propterea Iesus, quia se ibi sciebat quarendum, exiuit vltro ad locum, inimicis suis opportunitatem se capiendi tribuens, quomodo volebant, & sine tumultu, & sine turbis. (Egressus est autem per torrentem Cedron,) id est, per amnem rapidum ac vehementem, qui per vallem Iosaphat (à rege Iosaphat ibi sepulto sic dicta) inter Hierusalem & montem Oliueti medius fluit, Dicebatur autem torrens Cedron siue Cedrorum, ab hoc arborum venere, quod multum in ripa torrens crescit (Et venit cum discipulis suis in villam cui nomen Gethsemani.) Hæc villa sita est non longè à monte Oliueti, vbi hortus extra villam erat orationi aptus. Hunc intrauit Iesus & discipuli eius. (Tunc dixit) octo (discipulis suis.) Iudas enim abierat, & tres secum erat sumpturus. Manserunt ergo octo. His dixit: (Sedete hic donec vadam illuc & orem. Orate ne intretis in tentationem.) Non dicit, ne tentemini. Hoc enim humanarum non est virium, sed dixit, ne intretis in tentationem: quomodo mures intrant muscipulam, & aues decipulam ac laqueum, aut quomodo pisces hamum intrant. Mox enim vbi intrauerint, capti ac victi sunt, ita vos nolite intrare. Intrat autem tentationem, quisquis animo consentit. Sunt quoque in tentatione gradus quidam, quibus profundius semper descenditur, atque peccato turpius inquinatur. Verbi gratia: Gradus primus est: cogitationes malas habere infestas, ijsq; impugnari. Secundus est, cogitationibus ijs sponte delectari. De hoc gradu in tertium profundius caditur, hoc est, de delectatione in consensum. Deinde restat quartus gradus, de consensu in opus. Et quintus, de opere in consuetudinem.

Alijs Apostolis in quo loco erant remanentibus, (Iesus assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi,) Hos enim tres magis habebat familiares, & plura eisdem reuelabat secreta, (capit contristari & tristis esse, (Vel vt alius dicit Euangelista,) capit pauere atque tædere. Non dicit, contristatus est ne putes obrutum tristitia, vel nolentem, vel incautum: sed dicit, capit contristari. Incipiebat enim quando volebat: & vbi voluit, tristitiam à se abiecit. Dominus enim; non seruus, fuit passionum suarum sed passionibus non praueiebant in eum iudicium rationis. Aliter namq; in Christo atque in nobis fuere passiones. In nobis enim ita sunt, vt etiam nolentes nos moueant ad illicita. In Christo autem nullæ erant passiones quæ ad illicita mouerent. In nobis praueiunt rationis iudicium, idèd sapè etiam nolentibus adueniunt: in Christo sequeban-

Ioan. 15.

Matth. 16.

Mar. 13.

Lucæ. 12.

Ioan. 18.

Lucæ. 12.

Discipulo-

rum amor

erga Chris-

tum quan-

tus.

Matth. 29.

Tentatio-

nem quo-

modo quis

intret.

Tentationis

gradus

quatuor.

Matth. 19.

Marc. 14.

Matth. 26.

Tristitia
Christi ma-
ximæ causa
quæ.Ambrosius
Ioan. 11.Tristari pro
peccatis
quomodo
quis possit.
Deus quo-
modo con-
temnatur.peccati dete-
ctio vnde
oriatur.Beneficia
quanta
Christus lu-
cis exhibu-
erit.
Exod. 13.Ingratitudo
Iudæorum
quanta.Ingratitudo
Christiano-
rum cur
maior sit
quam Iu-
dæorum.

tur rationem, nec nisi vocatæ adueniebant. In nobis denique passiones pe-
turbant impediunt verationis iudicium: in Christo hoc non poterant, quia
do quidem subiectæ eidem erant omnes & quietæ, quas non aliter nisi qua-
do voluit, sentit. *(Tunc ait illis Iesus: Tristis est anima mea usque ad mortem.)*
est, aded tristis sum, vt excepta morte, non possit tristitia esse maior. Nec
maior foret, abriperet vitam. Tanta ergo fuit, quantam viuens potuit
Tristitiam Christi maximam fuisse, ex multis quæ pijsimo eius cordi
tristandi administrabant, constat. Tristabatur enim primo pro peccatis
mundi. Et quid miri, vt beati Ambrosij verbis vtat, si Iesus pro multis
leat, qui pro vno fleuit? Quid mirum, si pro omnibus tædeat moriturus
Lazarum resuscitaturus illachrymatur? Vis scire quid sit pro peccatis tri-
ri? Deum dilige. Non potest tristari, non potest scire quid sit tristari pro pec-
catis vel tuis vel alienis, nisi ante dilexeris Deum. Quomodo enim dolere
in tuo senties corde, quod Deus contemnitur, nisi diligas Deum quem non
contemnit? Quando, quomodo ve (inquis,) contemnitur Deus? Prohi-
tunc, quando eius voluntati peccatum antefertur, quando quod pro-
hibuit diligitur, quando eius inimico magis quam sibi consentitur, magis
obeditur: & quando voluptas praua ac vilis plus, quam ipsius gratia
matur.

Secundò, tristitia eius tanto fuit quam aliorum pro peccatis maior, quia
to agnoscebat omnibus clarius peccati & malitiam & sceditatem. Tanta
nim quisque detestatur peccatum, & de illo displicentiam contritionem
habet, quanto peccati agnoscit turpitudinem ac vilitatem: & quanto edoc-
so Dei pensat, reueretur ac colit, qui peccato offenditur, maiestatem. Au-
tertio tristitiam Iesu, populi Israelitici ingratitude vt pote electi ex gentibus
totius mundi, quem signis ac prodigijs olim in manu valida & forti Aegyp-
to eduxit, quem manna cæli pavit, quem quadraginta annis duxit per a-
sertum, in die solis æstum per nubem refrigerans, per noctem in columnatis
gnis eis tenebras illustrans Eorum vestimenta & calceamenta nunquam
runt attrita, nemo in populo decubuit infirmus: aliaq; sunt multa, quæ
rat huic genti, miracula. Dedit eis prophetas, ad extremum super omnes
bilitauit, quando secundum carnem de eorum semine Deus ipse Deus
dominus cæli ac terræ, natus est, inter eos cõuersatus est, eis prædicauit, &
fanans lægidos, mundas leprosos, mortuos suscitans. Quibus tamen omni-
beneficijs eius semper ingrati obstreperunt, murmurauerunt, atque pro
nis mala machinati sunt: aded vt non solum non honorarent Saluatoris
verum etiam tanquam malefactorem crucifigerent, & in latronum mæ-
perinde ac illorum principem suspenderent. Hæc ingratitude cor pijsimo
Iesu afflixit.

Cæterum si pro Iudæorum cæcitate tanto est mæore affectus, quanto
tandus est tristitia captus propter ingratitude populis Christianis? Hæc
enim est ingratitude maior, quæ post omnia priora beneficia, etiam post
num illud beneficium redemptionis nostræ non aduertit, aut paruipendit.
Sciebat itaque Iesus, suorum laborum, beneficiorumq; ac passionum memo-
riam à cordibus Christianorum cito perituram. Sciebat paucos adimere
fuerit

futuros, qui gratias pro eiusmodi illi refunderent. Relinquebat se metipsū
 vsque ad consummationem seculi in Sacramento, in memoriam suæ dile-
 lectionis. At quanta huic sacratissimo Sacramento futura erat contumelia ir-
 reuerentiæ non ignorabat. Vulnera ac dolores erat passurus pro Christia-
 nis, quos sciebat per eadem sua vulnera, per crucem, per passionem iuratu-
 ros, ac se blasphematos. Sciebat tam grandi variarum pœnarum immani-
 tate, quas pro omnibus subire venerat, tam paucos se redempturum, pro-
 pterea quod reliqui sua prauitate redemptionis huius se essent facturi indi-
 gnos: dolebat, tantum amorem, tantumque se dolorem impendere erga ingra-
 tos frustra: tristabatur de morte sibi imminente, atque amissionem nobilif-
 simæ vitæ suæ plus omnibus lugebat. Plus enim vitam suam dilexit, dilige-
 reque debuit, quam alius quicumque mortalium diligit suam: cuius etiam amif-
 sionem eo vehementius dolet, quo amaret valentius. Doler igitur Chri-
 stus suam amissurum vitam, utpote innocentissimam, sanctissimam, vtilissi-
 mam: atque eo digniorem, quo erat ipsius persona nobilior ac dignior, puta
 Deus & homo. Vnde quæcumque sustinuit, maximè fuere dolenda, propterea
 quod illi tam inferebantur indigna. Tristabatur autem propter se, licet vl-
 trò atque cum feruenti amoris desiderio omnia quæcumque erat passurus sus-
 cipere: quia voluisset tantis doloribus laboribusque suæ passionis non opus
 ad humanam fore redemptionem. Masuisset enim, si citra nostrum id esse
 potuisset detrimentum, non pati. Quis enim eligeret gratis ac frustra pati?
 Verum quia redemptio non poterat fieri hominis absque illius passione,
 sponte in omnes sese pœnarum miseras propter nos saluandos contecit. Ac-
 cipite similitudinem. Est quispiam infirmus non potens sanari, nec à pericu-
 lo grauiore seruari, nisi crus abscindatur, aut nisi vratur, aut secetur. Infirmus
 ille rogat medicum pro cruris aut vstione, aut abscissione ex qua plenam
 recipiat sanitatem. Si rogat medicum, ergò vltrò petit & vult secari aut vri.
 Petit quidem & vult sentire pœnam breuiorem, incommodumque suscipere
 minus, puta sectionem, quo maius damnum & quod minus vult (hoc est,
 mortem) euitet. Optaret haud dubiè absque cruris abscissione remedium
 reperire sanitatis: optaret necessariam non fore vstionis aut secationis pœnā:
 optaret leuiori modo sanitatem, si possibile foret, recuperare. Verum quo-
 niam aliud nescit sanitatis recuperandæ remedium, libenter, licet tristis pa-
 uidusque ex metu imminentium pœnarum crus extendit. Hoc modo, si cō-
 grua posset dari similitudo, Christus pro nostri redemptione seipsum in
 pœnas & mortem dedit, etiam desiderabundè, nedum spontè: quia alius non
 fuit liberandi modus, iustitiæ qui suæ congrueret, quam per viam hanc sa-
 tisfactionis. Voluisset tamen causam nostram, multò fuisse meliorem, pro
 cuius reconciliatione non foret opus, se Christum Dei filium vulnerari ac
 mori. Sensualitas itaque in Christo, quandoquidem tristari voluit, futurarū
 in se pœnarum imaginationem recepit, vnde Iesus cœpit pavere & tædere,
 tristus & inœstus esse. Tantum autem tristitiæ assumpsit, quantum voluit.
 Voluit verò tantum pati dolorem, siue externum, siue internum, quantus
 debebat fructus inde generi prodire humano. Quia verò fructus inæstima-
 bilis erat Christi doloribus comparandus, tantundem igitur voluit siue in-
 ternæ, siue externæ passionis assumere, quæ totius mundi peccatis par esset, &

Vitæ suæ
 nobilissimæ
 amissionem
 cur merito
 luserit
 Christus.

Vitam su-
 am sponte
 in mortem
 tradidisse
 Christum.

Christus uti
iustitia non
potestate re-
demerit.

Iob. 6.

Dolores in-
ternos cur
vltro Chri-
stus assump-
serit.

Matth 27.
Mar 14.
Lucæ 12.

Abstractio
orantibus
necessaria
quæ
Ceremoniæ
inter oran-
dum ser-
uandæ quæ
Ioan. 17.

Matth 17
Marc. 14.

qua tanquam precio iusto pro fidelium posset delictis satisfacere, neque
potestate nos volebat redimere, sed iustitia. Atque idè tantum patri
æqua lance afferre pœnarum, quantum fuerat reatus delictorum. Tantum
quam voluit soluere, quantum vniuersi generis humani delicta commo-
issent, vt satisfactio quadraret, æquiualeretq; delicto. Nam si patientis dig-
tas attenderetur, vna sufficeret sanguinis eius gutta pro omnium recon-
solatione. Verùm tamen quod dixi, non hoc modo redimere nos Dominus
voluit, sed perinde ac si omnia mundi peccata in vna iacerent lance, in
partem opponere voluit tristitias, dolores, pœnasq; pro nobis tantas, vt
ta viam æquitatis & commensurationis, satisfactio (hoc est, pœna) quan-
ferebat, quasi arena maris delictis quibus iram meruimus, grauior appa-
ret. Inde factum est, vt non solum externas ferret pœnas corporisq; dolores
sed pati voluit etiam internas tristitias, animiq; dolores, quos vltro
sumpsit, vt à tortoribus illata quanto minor foret pœna externa pro
delictis nostris sufficiens, tanto plus internarum pœnarum, tristitiarum, &
passionumq; assumeret, quantum secundùm æquitatem exigereur pro
omnibus & singulis peccatis expiandis, vt plenam Deo offerret satisfactio-
nem. Neque enim attendit quantum esset passionis suæ valor propter diuinitatem
sibi vnitam, sed quantum iuxta humanam sufficeret naturam, pro delictis
satisfactione patientem. Meditare amabilem gratiosamq; faciem Christi
iusq; pijsimum cor, quam graue sit ipsum videre consternatum. Tribu-
tur itaque pro seipso, pro nobis ingratis, pro perditione Iudæ, pro disci-
polorum scandalo, pro sua matre, pro electis suis, propter sui amorem
pro sui nomine passuris. Tristabatur pro omnibus doloribus nostris, quæ
felicitatem sunt nobis non profuturi. Nemo enim seipsum tantum
nemo sibi ipsi tantum compatitur, nemo suam tam diligenter curat salutem,
quantum nos diligit, compatitur, curatq; Dominus. Verùm de hoc
Deinde his tribus Apostolis, quos secum assumpserat quoque dixit: *Sur-
hic, & vigilate mecum. Et progressus posuit lapidem, quantum iactus est lapidis, posuit
ibus, procidit in faciem suam super terram & orauit.* Quod oraturus ab herodibus
fecedit, secretum quærens, non propter se fecit, quasi humana possessio
sentia impediri: sed nos docturus, nostræ voluit tranquillitati providere
struens nos ad orationem ituros, quomodo à cunctis nos abstrahamus
quæ cordis solitudinem ingressuris, vbi Domino est soli loquendum
rere possent, atque orationis impedire fructum. Docuit nos quoque,
monias inter orandum seruare, quæ vel deprimant nos ad humilitatem
eleuent ad desiderium. Ipse enim Iesus orauit aliquando suspiciens in
hic verò genua flectit, & in faciem procidit. Verùm an primò hic genua
xerit, inde in faciem casturus: an in faciem ceciderit, antequam ad genua
reposerit oraturus, nihil refert. Cerrum est enim, vtrumque ab eo factum
Orabat autem sic: *Abba mi pater, omnia tibi possibilia sunt.* Infinitæ enim
tentia & sapientia. *Transfer calicem hunc à me.* Libera me de hac passio-
ne sit necessarium me pati, quandoquidem omnia tibi possibilia sunt. His
fudit orationem Dominus, qua ostenderet verum se esse hominem, & in
sensualem naturalemq; appetitum horrere & passionem & mortem, & in
gratia ad patrem orans, desiderium sensitiui naturalisq; appetitus ostendit.

Si dicis. Huius appetitus sensitivi non est orare, sed ratione. Respondeo id verum esse & rationem quidem hic orasse, non tamen pro se, sed tanquam advocatum & sensualitatis interpretem, quo nobis indicaretur, quis versaretur in sensitiva natura appetitus. Nam quod ex parte erat rationis, quæ per omnia diuinæ erat conformis voluntati, & cuius est orare, quid illa voluerit mox subiungitur, dum adijcit: (*Veruntamen non sicut ego volo,*) pro sensualitate loquens (*sed sicut tu vis,*) cui voluntati & ego secundum rationem consentio, & ut hæc tua voluntas fiat, oro. (*Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes.*) Magna fuit charitas, magna sollicitudo Christi pro suis discipulis. Ideo licet in re tam seria quam graui constitutus, non tamen immemor fuit discipulorum, quos ab oratione surgens visitauit, cunctis in hoc pastoribus animarum exemplum ac eruditionem præbens, non debere eos tam assidue vacare orationi, aut contemplationi, lectioni uel, ut subditorum obliuiscantur, aut ut curam non impendant debitam subditis, inuigilantes ne à tentatore decipiantur, neque, si in peccatis, ita reliquantur. Debet igitur sua studia spiritualia pastor sapius intermittere, ut quæ subditorum sunt, non sua tantum, quarere videatur. Christus cum discipulos inueniret dormientes, allocutus est primo Petrum, tanquam eum qui constantiam præ cæteris maiorem promiserat, dicens: (*Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum?*) Quasi dicat: Dormis? Merito tu non deberes dormire qui promissisti te in carcerem & mortem mecum intraturum. *Non potuisti vna hora vigilare mecum?* Quod multo posses facilius, quam carcerem aut mortem mecum sustinere. Vbi nunc feruor est tuus? ubi nunc promissio tua? Deinde reliquos alloquitur, dicens (*Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.*) Vigilate corpore & mente, ut stetis vnusquisque pro custodia cordis sui, ne vos sathanas tentans, inducat in laqueum. Non pugnetis tamen viribus uestris, nec vobis ipsis confidatis. Propterea orate auxilium diuinum inuocantes, ne periclitemini. (*Spiritus quidem promptus est,*) ad manendum mecum & commoriendum mihi, (*caro autem infirma.*) quod dormiendo in tanto periculo probe ostenditis.

Iterum secundo abiit & orauit, dicens: *Pater mi, si non potest transire calix iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* Si non potest aliter quam passione mea congrue genus redimi humanum, fiat voluntas tua. Dominus in sua oratione duo posuit, & oblationem calicis, & ut patris fieret voluntas: quantum ad secundum, exauditus est, dans nobis orandi formam, ut in omnibus quæ perimus, si ambiguum incertum uel fuerit, an ea profint, an obfint, subijciamus voluntatem nostram semper diuinæ voluntati. Nam in ijs, quæ certum est Deo placere, ut sunt habere virtutes, dolere de peccatis, Dei habere gratiam, & huiusmodi: non est opus adijcere conditionem hanc, si placuerit Deo. Cõstat enim ea illi placere, quæ nobis ipse imperat, ut esse misericordem, humilem ac mitem &c. (*Et venit iterum ad eos,*) id est, discipulos, agens fidelissimi pastoris atque patris officium, (*& inuenit eos dormientes. Erant enim eorum oculi grauati, & dicit eis: Quid dormitis?*) in tanta necessitate constituti?

Arguendi veniunt Apostoli, quod ad eos somniculosi in tanta, qua vigilare oportuit, necessitate inueniebantur. Debuerant enim quam maximè potuissent somno resistere, atque Christo condolere tunc afflicto. Quod autem Dominus rursus eorum increpauerit teporem, subindicant verba quæ sequuntur.

Matth. 26.

Charitas & sollicitudo Christi pro discipulis quanta. Pastores quantam subditis curam impendere debeant.

Marc. 14.

Orandi forma à Christo nobis data.

- Matth. 26. tur, (Et ignorabant quid responderent.) scilicet præ verecundia. Et relictis illis
rum abiit, & orauit tertio, eundem sermonem dicens: Pater, si vis, transfer cala-
m istum a me verumtamen non mea voluntas,) id est, non desiderium inferre
Orationi
conditiones
sex necessa-
rię quę.
sensitiuique appetitus mei, (sed tua) quę est etiam mea rationalis, (fiat.) De
nos hic pius Dominus conditiones bonas, quas debeat habere oratio. Debe-
nim esse in secreto seu solitaria, quia solitudo mentis eleuationi & puri-
mirum in modum confert. Ideo propter nostram eruditionem solus
uit. Secundò debet esse humilis, ideò Christus procidit in faciem suam. Ter-
tidò, sit deuota, idcirco dicit: Pater mi, si possibile &c. Quarto esse debet frans
charitati consentanea, eam ob rem Christus orationem aliquoties incre-
tens, visitauit discipulos, curam eorum agens. Quinto debet esse recta, nō
voluntatem suam anteferat, dicatque Deo semper in animo: Fiat voluntas
Matth. 6. Sexto, vt sit oportet perseverans siue continua: quia Christus pro eadem
ter orauit sub breui tempore. Sed cum Christus Dominus oraret, per
(Angelus ei apparuit de celo confortans eum.) Quidam hunc dicunt fuisse
Lucę 22. chaelem, qui in specie apparuerit humana, & ad modum se habuerit
Angelus
Christum
confortans
quis fuerit,
& quid lo-
cutus sit.
Hierę 31.
Lucę 3.
Ioan 10.
Psal 68.
Psal 30.
Esaia 55.
fortatis. Quid verò dixerit, nō exprimit Euang. Sed iuxta deuotorum sententiam
in hūc modū angelus fortasse est locutus: Mi fili, tu scis quia charitate per-
tua diligo te, & quia in te mihi sepe benè cōplacui. Ego semper in te, & in
me manes. Tu peccatorum causam esse tuā voluisti. Suscepisti enim in te
uendum, quod non debebas. Quapropter congruit iustitię meę, vt pro-
sper paternam tibi subtraham consolationem, atque velut mortuum in
de projiciam, scruissimisque te exponam tormentis. Omnium enim pec-
torum vindictam in te vnum retorqueri oportet. Omnes quasi coacerua-
runt, in vnam suam vnusquisque declinauit. Quia verò in mundum propter
descendisti, vt salues quod perierat: ideò ego quoque super te posui
tates omnium, & percutiam te propter scelus populi mei. Vulnera
propter peccata eorum, vt tuo in sanguine lauentur, sanenturque tuo
Esaia 53. In vltionem enim peccati armabitur contra te vniuersus orbis. Traces
voluntati inimicorum tuorum, vt quicquid doloris pœnarumque ex-
Sapien. 5. tare potuerint, in te vnum coaceruent, donec fatientur opprobrijs & per-
tuis. Ipsi quibus benefecisti, quos sanasti, te persequentur, & eris eis
Iob. 16. grauis ad videndum. Erit enim hereditas tua tibi crudelis quasi leo in
Replebo malis animam tuam, & à vertice capitis vsque ad plantam pedum
non erit in te sanitas. Sed esto constans fili & confortare, quoniam si posueris
pro peccato animam tuam, videbis semen longæuam, redemptionem tuam
torum, mortem tuam mortuam, deustum fortem armatum, cuius
Esaia 53. niuersa auferes arma quibus confidebat, spoliaque captiuitatis eripies
Lucę 11. uem denique perditam, quam volens quaesisti, inuenies, mihi que in
Lucę 16. ris tuis reportabis. Huiusmodi esse potuit angelica confortatio, quę
magis passionis mortisque Christo impressit phantasmata, vnde ante
cœpit, patris beneplacitum desiderans, & ediuerso pœnas horrens ac-
Lucę 28. tem. Ideò sequitur: (Et factus est in agonia.) Dominus Iesus in colluctatione
Agonia
Christi vnde
qta. tem horrebat: & rationalem superioremque, quo pro salute mundi pro-

tus cupiebat mori. Inferiore enim appetitu sensitiuo pœnarum ac mortis imminentiū tanquam iam præsentium imaginationem in se recipiente, exhorruit Christus pati: contrà verò appetitu alio rationali, suæ passionis fructum & electorum salutem præmeditante, anhelabat idem ad passionem hanc, propterea quod ipsam sitiret calicem vocans. Itaque appetituum contrariam in se pugnam sentiens, in pressuram atque agonem venit mentis, ad eò vt præ anxietate abundanter sudorem emitteret sanguineum. Propterea dicit Euangelista alius: *(Et factus est sudor eius tanquam gutta sanguinis decurrentis in terram. Sanguis iste naturalis erat: verum effusionis modus per sudorem, erat supernaturalis. Vide Iesu humilitatem. Ab angelo recipit iuxta humanam naturam confortationem, quo doceret nos in angustijs nostris ac pressuris ad dominum confugere, vehementiusque tunc insistere orationi: perseverantes quoque in expectatione diuini auxilij, à Domino adiunari atque consolari. Cùm ab oratione surrexisset Dominus, aspice quam humiliter stat, quomodo faciem suam tergit, sudorem deponens: reditque ad suos electos discipulos, quos præ tristitia & cordis pusillanimitate iterum reperit dormientes. Videbat autem quod continere à somno non poterant: atque id eò somnum eis indulgens, dixit: (Dormite iam & requiescite.) Hæc verba intelligi bifariam possunt. Nam primò sensum faciunt quasi ironicè loquentis, vt proditore & hostibus accedentibus, dixerit: Dormite iam & requiescite, quasi dicitur: Excitaueram quidem vos ad orationem iam semel atque iterum, sed frustra. Semper enim in somnum estis relapsi. Iam si vultis, dormite. Scio enim quia non potestis, tametsi velleris. Appropinquant enim qui somnum purgabunt ab oculis vestris. Alius est sensus, vt reuera ex compasione illis admiserit somni paululum, stans interea & vigilans super eos, atque id eò dixerit. Dormite iam & requiescite, vt paulò post sitis animo fortiores hostium ferocitate accedente. Vide hic Iesu pietatem, concedit discipulis vt paululum securi requiescant, interea super eos perinde ac super gregem suum pastor vigilans. Hic solent Deo deuoti meditationibus suis finem pro completorio primo imponere, atque ad somnum sub vigili Domini Iesu custodia cum discipulis eiusdem se recipere.*

Appetituum duorum colluctatio in Christo qualis fuerit

In angustijs quomodo ad Deum confugiendum sit.

Pro hoc autem completorio, ex superioribus articulis septem meditandi sumuntur. Primus, sermo Christi mellifluus, quo discipulos confortat, simulque indicat quam voluntarie ad passionem se obtulerit, egrediens ad locum proditori non ignotum, vbi reperiri posset sine turbis, & capi sine populi tumultu. Secundus est, eius pavor atque tristitia. Tertius, humilis oratio. Quartus, eius in voluntatem Patris plena resignatio. Quintus, ipse ab angelo confortatio. Sextus in agone constituti, sanguinis sudatio. Septimus, concessio somni suis facta discipulis. Hic tu quoque vade dormitum, sub Iesu vigili custode & protectore quieturus.

Sequuntur hinc quæ ad tempus spectant Matutinum. Pro iis enim quæ in nocte passus est Dominus, instituit ei Ecclesia laudes & gratiarum actiones, quod tempus vocat Matutinum.

Ioan. 18.

Itaque interea dum in horto oraret Dominus, (*Iudas*) non impiger multitudo, accessit principes sacerdotum, ad perficiendum quod erat pollicetur se offerens. Horum itaque cura & diligentia (*cum accepisset cohortem*) est, armatam Romanorum militum multitudinem, (*atque tribunum*) quod huiusmodi militibus ad homines capiendos & ad violentiam vindicandam præerat, (*& à pontificibus ministros, venit illic cum lucernis & facibus*.) ut in nocte agnoscerent Iesum. (*Sciebat enim Iudas qui tradebat eum, locum, quo frequenter conuenerat Iesus illic cum discipulis suis.*) Ex utraque potestate prouisum est. Habuit enim gentiliū militum potestatem, habuit & ministros secum, quibus violentia, si fortè Christo aliqua ad ipsius defensionem accederet, posset repelli. Iuda igitur ad hortum accelerante cum iis quorum

Iesus discipulos excitat.
Matth. 26.

ductor erat militibus, Christus discipulos excitauit, dicens: (*Sufficit.*) *Uciet dormisse. (Venit hora, ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surge, eamus)* illis obuiam. Vide benignitatem Iesu: extremum expectat tempus, quo penè iam hortum ingressuri erant inimici, & tunc primum discipulos suscitatur, quo longiorem illis requiem tribuat. Hæc ubi dixit, cum tribus discipulis ad alios iuit octo pariter excitandos, dicens: (*Ecce qui me tradidit, prope est, Adhuc eo loquente. Ecce Iudas & cum eo turba multa.*) hostium videlicet Romanorum & Iudæorum (*nisi à principibus sacerdotum & scribis & senioribus populi.*) Hi pariter omnes animo feroci irruerunt in hortum feroces, ad capiendum Iesum. (*Dedit autem traditor eis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenere eum, & ducite eum.*) Hoc signum militibus dedit quo agnoscerent Iesum. Erat enim similis ei Iacobus frater Domini, quo, præsertim in nocte, nisi à valdè familiaribus discerni haud poterat.

Marc. 14.

Milites præterea Romani nullam Christi profus habuere notitiam. Quod autem hoc signum proditor pessimus atque versutus dederat, quis non miratur. Nam osculo pacis Dei filium tradere in mortem, vide quantæ fidei & adæquæ, quantæ temeritatis, quantæ impietatis. Tanto tempore consuetudinem cum Christo habuit nebulo sceleratissimus, tot eius potentæ diuinæ viderat miracula. Audierat denique cogitationes eum videre cordium, & ad has respondere: quomodo putare potuit, consilium suum nequissimum simulatamque sub osculo pacis innocentiam, Dominum latere? Totus erat igitur impius ac perfidus, & propterea dicit etiam militibus, ut eum caute ducerent, ne forte ut olim dum eum lapidare volabant Iudæi, ex eorum manibus laberetur, quasi diceret: Ego quidem hoc signo tradam eum in manus vestras. Vestrum erit ducere illum cautè, atque tenere ne elabatur. Nam si vobis fuerit elapsus, mea non intererit.

Osculo tradere filium Dei, quare sit impietas.
Ioan. 8.

Cum iam intraissent hortum, Iesus sciens omnia que ventura erant super eum, (*proceffit*) scilicet, obuiam eis, quo patiendi ostenderet voluntatem, (*& dixit eis: Quem queritis? Responderunt: Iesum Nazarenum.*) Oculi hostium pariter ac Ie-

Ioan. 28.

Iesus obuiam procedit hostibus.

ac Ie-

Et Iudæ tenebantur, ut videntes Iesum non possent agnoscere: quo Dominus, si voluisset, libere potuisset abire se nobis manifestaret: Quando enim comprehenderent quem non cognoscebant? Nihil igitur Domino Iesu inferre poterant, nisi volenti. (*Stabat autem & Iudas qui tradidit eum, cum ipsis.*) non cognoscens Iesum, quo miraculum foret manifestius. Nam et si milites & ministri soli non agnouissent Iesum, nihil fuisset fortasse admiratione dignum. At quod discipulus familiaris non poterat suum agnoscere magistrum, ante oculos suos stantem, & se esse quem quæreret confidentem, diuinæ fuisse solius potentæ non inficiari potest. Quia itaque à Domino quem quærerent interrogati, (*responderunt: Iesum Nazarenum.*) Dominus seipsum manifestauit, dicens: (*Ego sum. Ut ergo dixit Iesus, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.*) Quare in terram supini ceciderunt? quia non poterant verborum eius vim sustinere, licet enim Dominus ijs verbis ad mortem se obtulerit paratum, tamen quomodo, in Exodo legitur, Dominus à Moysè quis esset interrogatus dixit: *Ego sum qui sum.* ita hic dicit, *ego sum.* Habet enim hoc nomen virtutem diuinitatis, quæ sola verè est, idcirco non potuerunt vel nomen eius diuinitati congruum ac proprium sustinere, sed abierunt retro cadentes in terram. Volebat etiam Dominus quantum in se foret, ostendere, quam malam indignamque in animo rem tractarent, quam impium molirentur facinus, quam temereque vel suis machinationibus, & exquisitis confiderent consilijs, quum contra Dei sapientiam nulla sit neque virtus neque consilium. Nam qui hoc potuit ut ad vnum verbum imbecilles caderent retrorsum, potuisset etiam ut viuos eos terra absorbuisset omnes, & ipse abiret illæsus. Credendus est tamen quum diuina aliqua virtute sic hostes deijcerentur in terram, radius quidam terrificus ex Christi vultu processisse: unde territi, non possent stare: quomodo eo quoque accedisse tempore putatur, quando ementes, vendentesque de templo, connexis funiculis quasi flagello vtens, expulit. Noluistamen pius Dominus lædi eos, qui ad lædendum & capiendum se venerant, nam sufficiebat ei ostendere potentæ suæ virtutem, qua in se experta, si vellent, conuerterentur. Nam vbi iam ministri, vbi arma, vbi tribunus, vbi milites, quando seipsum illis manifestans, vno verbo omnes defecit? Quid iuuarent excogitata consilia, quid copia præstaret armorum, si viribus Christus reniteretur, quando eius verba humilia tantam habere deiiciendi virtutem? Quid potuisset, si potentiam ostenderet suam hostes percussurus, si hoc potuit hostibus tradendus? Iacentibus ad paruam moram hostibus super terram, & surgere iterum à Domino permisis, interrogantur denud Iesu dicente: (*Quem quæritis? illi autem dixerunt Iesum Nazarenum.*) O cæci & stupidi. Si Iesum (hoc est, saluatorem) quæritis, quid faciunt fustes & arma? An hoc modo quæri debet Saluator? Videtis nequam nihil vos iuuent arma vestra contra Deum, si capi nollet? (*Respondit Iesus: Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos.*) id est, Apostolos (*abire.*)

Hic sui notitiam atque capiendi licentiam tribuit, prohibuit tamen ne Apostolis nocerent. Videte quam nihil contra Dominum potuissent, qui contra Apostolos nihil agere valuerunt, facta sibi à Domino hac prohibitione, videlicet: *Sinite hos abire.* Hoc est, nolite capere, nolite lædere, nolite illis molesti

Verbum
hoc Christi
ego sum.
quantæ sit
virtutis.
Exod. 3.

Eccle. 9.

Iesus osculo traditur. Matth. 26.

Simulatio Iudæ pessima.

Humilitas & mansuetudo Iesu erga proditorem quanta.

Lucæ 22.

Audacia hæc Apostolorum vnde.

Ioan. 8. Petrus auriculam seruo amputat. Gladij Apostolorum duo quid mysticè. Matth. 3.

lesti esse. Quæ certè nisi facta esset prohibitio, captos simul cum Domino discipulos atque abductos interfecissent, præsertim cum viderent Apostolicè exhibere se, vt parati essent defendere Dominum: quod mox in Petro manifestabitur. Itaque potestate illis data siue præmissa à Domino, vt quæ uolent, in se (hoc est, in Christum) agerent: (*Iudas conuestim accedens ad Iesum*) qui absentes dum redirent ad se, osculo solebar excipere, (*oscularis est enim*) figmento hoc doloso simulans innocentem se, nec ad rabidorum horum famulentium se pertinere turbam ministrorum. Simulauit namq; se amicum & sub pacis signo propinauit venenum. Tradidit enim hoc signo magistrum dominum, creatorem ac redemptorem suum in mortem: & infidelis ac perfidus existimabat Dominum hoc nescire. Accedens itaque, vt oscularus est, dicit: (*Aue rabbi*) id est, sine vx̄ sis ò Magister. O Iuda, quomodo tu nequam & simulator pessime, magistro salutem & sine vx̄ tranquillitatem optas, qui in mortem illum tradis? Vide humilitatem, mansuetudinemq; Iesu. Non proditoris auersatur immundissimi osculū, sed æquanimiter se ad illū inclinans, suscipit: nec indignantis animo illi scelus impropere & simulatione, sed per benignè adhuc ad pœnitentiam conatur reuocare, dicens: (*Amice, quid venisti?*) Amicum te uoco, quoniam paterna adhuc te dilectione, licet mehi insidiantem complector. Amicum uoco, quoniam eiusmodi (quamuis te quaquam sis) habendum te simulas. *Ad quid venisti?* In quantam infelicitatem vt sceleri tam grandi succumberes, venisti? Aut ita: *Ad quid venisti?* licet osculeris me, non tamen adeò tui sum cordis & secretorum in scius, vt me fallas. *Ad quid venisti?* non ad salutandum, non ad astandum mihi, non vt Apostolum præstes, sed vt proditorem exhibeas. Non arbitreris me fictionem tuam latere. Idè enim venisti, quamlibet dissimules. (*Iuda, osculo filium hominis tradis.*) Quidam hæc uolunt uerba legenda cum interrogatione. Sed in eundem redeunt sensum. *Iuda, osculo filium hominis tradis?* hoc est, Tu quidem amicum te simulas, sed nunquid pacis osculo conuenit, te hominis tradere filium? (*identes autem hi qui circa ipsum erant,*) hoc est, Apostoli uidentes turbam ministrorum & militum se ad hoc parare, vt manus in Iesum iniecerent uoluntas (*dixerunt ei,*) scilicet Christo: (*Domine si percutimus in gladio?*) Absq; Christi imperio nihil facere Apostoli præsumebant, idè ante interrogant quæ percutiunt. Domine, si permittis vt te nosq; defendamus? Videbitur forte mirum, quomodo Apostoli pauci tantæ militum & ministrorum turbe uiderent se opponere. Sed respondetur, eos inde esse confortatos, dum uidentur taxat uerbo magistrum uiderant turbam illam omnem ad terram decussisse. Nihil igitur timebant, sperantes Dominum suæ diuinitatis potentia absq; ullo negotio contritum facile omnes. Quia uerò interrogauerant præseruore ac zelo, non potuit Petrus tam diu expectare, donec responderet Dominus. Videbar enim negotium uirgere ad festinationem. Propterea sequitur: (*Simon ergo Petrus habens gladium,*) non expectata responsione, (*educit eum & percussit Pontificis seruum, & amputauit auriculam eius dexteram.* Erat autem seruo nomē Malchus.) Hic seruus truculentiorum atque uehementiori se impetu festinantem exhibuerat ad inuadendum Dominum, idè à Petro tanquam cæteris furiosior cæsus est. Duos Apostoli habuere gladios, ad significandam Ecclesiam duplici usuram gladio: hoc est, binam habere iurisdictionem, spirituales

ritualem videlicet ac temporalem. Petrus olim audierat à magistro: *Si quis percusserit te in vnam maxillam, prabe ei & alteram.* Matth. 3.

Interim tamen, quia Dominum in vltimo sermone audierat tam serio de diligendo proximo docentem, non aliud recordabatur præ feruore ingenti, quo pro Domino zelabatur, nisi quomodo illum defenderet, idè præcipitanter gladio educto, sine deliberatione est vsus. (Et respondit Dominus) ad verba scilicet, *Domine, si percussimus in gladio? (Sinite vsque huc.)* id est, nolite percutere, nolite resistere, sed finite vsque huc eos agere atque suæ voluntatis rabiè in me explere. Deinde ad Petrum conuertens sermonem: (Conuerte) inquit

(gladiū tuū in locū suū, omnia enim qui acceperit gladiū,) id est, omnis qui nō amore iustitiæ, sed ad vindicandā iniuriā, vel ut iræ ac suo furori seruiat, aut qui sua voluntate, nō ex iussu & autoritate potestatis superioris acceperit gladiū (gladio peribit,) id est, facit se reū atq; gladio dignū, propterea q; modo illicito utitur gladio (Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum?) Passionē suā calicē

vocat. Tam ardentem namque humani generis redemptionem sitiuit, tam auidè suscepit passionem, qua nostri redemptionem compararet, quam vehementer sitiens appetit, quam auidèq; calicem siue scyphum recipit ad potandum. (An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?) Tunc vis Petre passionem meam impedire, quam Pater tolerandam imposuit? Si tamen passio hæc mea deberet impediri, num indigerem duodecim tunc Apostolis, quando duodecim habere, si vellem, possem Angelorum legiones? Legionem aiunc esse sex millia sexcētos & sexaginta sex. Quicquid, quatenus numerum respicit, fuerit: certum est, magnam esse multitudinem, legionem. Quid putatis vel vna posset Angelorum legio, quando tempore Semnacherib regis Assyriorum, vnus angelus sub vna nocte percusserit centum octoginta quinque millia robustorum? Non indigebat angelis Dominus, sed angeli magis indigebant Deo. Nihil est enim vel angelica vel humana virtus absque Deo. (Quomodo ergo implebuntur

scriptura?) quæ scilicet prædixerunt redimi per mortem meam debere genus humanum. Itaque amputata auricula ministri, quid fecerit Dominus Iesus, videre. (Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum.) Hoc est, auriculam restituit loco suo. Mira patientia Iesu, qui ne hostes quidem suos patitur vulnerari, sed illis pro malo bonum retribuit. Videte tamen obstinatam duritiā hostium, qui Iesu potentiam miraculo hoc insignem, eiusq; benignitatem videntes nulla sunt pœnitentia compuncti. Fuit enim hæc vna: ex reliquis ratio, quare miraculum hoc Iesus in seruo illo fecerit: vt qui aderant, visa eius maiestate atque benignitate, conuerterentur. Deinde vt in fide roborarentur Apostoli, ne in passionibus Domini scandalizarentur, videntes eum non virtute deficere, sed succumbere voluntate. Tertio, ad nostri ædificationem, vt Christi exemplo doceamur inimicis & persequentibus nos, benefacere. Quarto, id miraculi etiam faciebat Christus, quo loco Petri seruo isti aliquo modo satisfaceret, vt potè à Petro læso. Quinto, ne Pontifex occasionem summat, Dominum pro discipuli iniuria calumniandi. Sed quare Malchus qui plagam sustinuerat, aut alij astantes, Petrum non occiderunt? Respondendū proculdubio, illos hoc facturos, nisi frementium corda compe-scuisset Dominus sua virtute. Nihil enim contra hoc verbum poterant, quo illis prohiberetur,

Ioan. 18.

buerat, pro Apostolis loquens, ne caperentur aut læderentur, dum dicitur: *Sinite hos abire.* Post hæc conuersus Iesus ad turbam & ad magistratus & maiores populi & principes sacerdotum, loquitur. Non aduenerant ipsi Pontifices & maiores Iudæorum, sed suos miserant ministros. Illis igitur quam dominis loquitur eorum præsentibus, sciens eorundem dominere consilio & iussu omnia hæc fieri. Quid ergo dixit? (*Tanquam ad latronem loquitur*) *existis cum gladijs & fustibus comprehendere me, cum quotidie fuerim in templo, & sedebam docens, & non extendistis manus in me,* ac si dicitur frustra cum gladijs & fustibus nunc quasi ad latronem venitis. Nam si dii & fustes vos iuuarent, iam dudum cum in templo eram vobiscum, non issestis me. Verùm quomodo neque tunc potuistis, ita nec posses modum ipse vellem. Superfluum autem erat quærere per proditorem, ambulante quotidie ante oculos vestros. (*Sed hæc est hora vestra,*) vobis quidem cessata mea etiam voluntate, qua vtamini ad omnem impetum cordis vel effundendum in me, (*& potestas tenebrarum,*) prauorum hominum & malorum spirituum, qui incitant vos ad praua hæc facienda. (*Tunc cohortatus est unus*) qui præerat eis, (*& ministri Iudæorum iniecerunt manus in Iesum, & comprehenderunt eum.*) Magna obstinatio impiorum, licet enim innocentiam & ramque Iesu viderent mansuetudinem, nullo tamen modo facti sunt amari quiores. Sed posthabita omni modestia, omni humanitate abiecta, non aliter quam lupi in mitissimum agnum laniandum irruerunt. Nihil eos moratur virtus, nihil ipsius mansuetudo emolliuit, qua aurem restituerat. Malis nihil denique ipsius terruit eos maiestas, qua vno verbo in terram lapsos omnes fuerant prostrati: sed furore maiori potius (quod pessimorum est propterea excitati, vindicare in eum quasi receptam iniuriam malis bantur.

Comprehensio Iesu quam fuerit furiosa.

Vide iam, quia reuera est miserabile videre hanc Iesu calamitatem, videntes irruunt in eum: nemoq; absque pugno, nemo absq; verberibus illum tangit. Alij eius brachia tenent ac manus, alij capillis trahunt, alij hæc manus iniiciunt sacrilegas, alij insaniunt clamoribus, alij fremunt verbis, alij deniq; protrudunt, alij retrahunt, alij ad terram deiiciunt. Omnes enim furoris sui vim in eum festinant effundere. Aspice autem quomodo horosum est valde, Dominum videre maiestatis tam impiè tractari, tam humaniter laniari, tam viliterq; ac si nebulo foret aut scurra vilissimum Iudi.

Ligatio Iesu.

Postquam itaque captum tenebant, (*ligauerunt eum,*) tanquam maleficem, vtpotè quem mortis reum haberi ab omnibus volebant, idè ligauerunt. Scribunt deuotissimorum plerique, catenam præterea ferream ipsius impostam. Heu quis pijsimo hic posset Iesu non compati, videns eum vt agnum, dum inter sauisssimorum luporum venerat morsus, obmutescere: nihil reniti, silenter pati, nihilq; prorsus sibi molestissimis aduersari. Verùm quàm est dolendum quod sequitur: (*Tunc discipuli eius reliquerunt eum, omnes fugerunt.*) Ostenditur hic magna discipulorum fragilitas, quibus quidem tam citò fuerunt promissionis immemores, qui in carcerem & mortem sese sponderant cum Christo ituros: At modo solo timore territi, & nihil adhuc læsi, imò quod credere animoq; retinere debent

Mar. 14. Fuga discipulorum.

secus fugi, eis, vrent, omnes des, ria, vter, dica, Mar, nuda, ris, i, stis, No, ver, vete, stol, quic, tes, vul, puta, ste, lius, me, la si, velli, ado, ter, cum, om, Ch, bor, dal, qui, sine, ten, reu, sus, dus, im, hæ, Ca, tul, pa

VI
L3

securi, qui propter Domini prohibitionem lædi ab hostibus non poterant, fugiunt. Hanc autem animi imbecillitatem Dominus idcirco permisit in eis, ut inde discerent, quid ex se, quid verò ex Domino, eius gratia adiuti, forent. In hac fuga omnes peccauerunt discipuli, quia nutabant in fide pariter omnes, videntes Iesum nihil resistere, indigna pati, tamq̃ viliter tractari. Fides itaque hoc triduo sequenti inconcussa in sola perseverabat virgine Maria. Hoc significare videtur Ecclesia his diebus, tempore matutino tredecim
Candela-
rum
tredecim
accensio,
quid mysti-
cè.

utens accensis candelis, quæ paulatim, vna excepta, omnes extinguuntur: indicans fidem Apostolorum duodecim extinctam aut obscuratam, solamq̃ Mariam virginem in fide mansisse constantem. Altaria quoque his diebus nudantur, quo innuatur, Christum per altare significatum, nudari vestimentis, id est ornatu Apostolorum. Nec campanæ pulsantur, quia nemo erat cunctis hæsitantibus, qui Christum tunc palam aut vellet, aut auderet confiteri. Nocturnum quoque officium diuinum alta cantatur ac sonora voce. Diurnum verò penè sub silentio dicitur: quo indicetur, prophetarum tunc oracula ac veteris testamenti figuras manifestari cœptas, intelligi ac compleri, Apostolos verò noui testamenti filiuiffe.

Fugerunt itaque Apostoli omnes, relicto Iesu solo inter hostes. Tristes quidem ac timidi fugerunt, nec minus in seipsis desolati sæpius retrospectientes quid cum dilecto ageretur magistro. Domini quoque Iesu pijsimum cor vulnerabatur, suis discipulis magis condolens quàm sibi ipsi. Sed quo fugisse putantur? Ad eius matrem credo, nuncium vnusquisque suum post aliud triste illi adferens de filio capto, & narrans eidem quod prior iam dixerat alius. (*Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo. Et tenuerunt eum, At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis.*) Cum dicit nudum sola sindone vestitum, credendum est, intelligi debere nudum pro modicè vestito, quemadmodum in Iob dicitur: *Nudos spoliasti vestibus.* Creditur hic Iob. 12. adolescens fuisse aut Ioannes, aut Iacobus frater eius, Ioannes enim præ cæteris se magistro ostendit fideliores. Nam licet fugerit, reuersus tamen est cum matre Domini, sub cruce Christo astans patienti. Dolor autem, ut dixi, omnium corda penetrabat Apostolorum. Nam licet mortem timerent, Christum tamen magistrum suum maximè adhuc amabant, memores verborum eius, quibus fugam eis prædixerat, paulò ante dicens: *Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte, &c.* Ibant igitur mœsti, tanquam orphani, qui amisso dilectissimo Patre, quid sine illo ultra sint facturi, nesciebant: aut sine pastore, ut oves desolatæ, quo se diuertant, ignorantes.

Marc. 14.

Marc. 14.

Iob. 12.

Matth. 26.

Ducitur autem Iesus de horto captus, cum ingenti tumultu versus ciuitatem, nudo capite, nudis pedibus, ligatis manibus, velut latro atque mortis reus, habens catenas seu funem in collo. Ibat autem impulsus, retractus, cæsus, festinantibus militibus, & quum ad torrentem Cedron venisset, credendus est per riuum, transductus, militibus per pontem transeuntibus. Heu quàm impetuosa, quam violenta, quam ignominiosa, quam denique laboriosa fuit ductio Iesu ad Annam. Hic autem erat socer
quam fuerit
ignominio-
Ca.

Ductio Iesu
ad Annam
quam fuerit
ignominio-
Ca.

Caipha: idèd pro illius honore, eius domum non audebant præterire, nisi gratulando primum illi ostenderent prædam, quam magnopere striterant, campam. Occurrebat verò eius domus vbi transire cogebantur, prior: idèd illam
Ioan. 18.

M m 2

præte-

Iudicium sanguinis fuisse iudeis ablatum. Actor. 7.

præterire non audebant. Iudæi iudicium non habuerunt sanguinis, vt quibus volunt: quod à Romanis eis fuerat ablatum. Habuerunt tamen iudicium examinis, quia delicta & causas ad legem pertinentes, examinabant: & vbi grande aliquid morte expiandum inueniebant, ad præsidem mittebant Romanum. Leguntur tamen postea Stephanum lapidasse. Atque idem fortis quo manus suas hic seruasse coram plebe videntur innoxias, maluerunt eum gentium potestati iudicandum tradere. (Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus.) Hic Ioannes fuisse putatur. Hi duo licet paulo antefugerant, sequebantur tamen redeuntés à longè, de fuga sua nimium vericundi, & pro magistri captione tristes, quia cupiebant quid de suo fieret magistro dilecto, videre. (Discipulus autem ille erat notus Pontifici.) Quia causa quæ Pontificem eiusque familiam noticiam fuerat adeptus, parum refert innotescere, nisi quod hac occasione admissus est intrare in atrium Pontificis, vt sequitur. (Introiuit cum Iesu in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad ianua foris,) non audens, aut non permissus intrare. (Exiit ergo alius discipulus qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ,) hoc est, ancillæ quæ exterioris, hoc est, ianua erat portæ custos, rogando eam, vt Petrum intrare permitteret. (Et adduxit Petrum,) quo pariter viderent quem finem Iesus acciperet. (Et ait Petrus,) timido ac consternato (ancilla ostiariæ summi Sacerdotis, quæ viderat Petrum calefacientem se, sedentemque ad lumen. Et tu cum Iesu Nazareno Galilæo eras? Nunquid & tu ex discipulis es hominis huius?) putatur id compassione femine interrogasse, quasi diceret: Videris mihi ex huius esse discipulis. Quod si fueris, suaderem tibi foris manere, aut citius recedere, antequam innotesceret uaris causæ eius, pereasque cum illo. (At ille negauit illum coram omnibus, & ait: Mulier, non noui illum. Non sum, neque noui, neque scio quid dicas.) Magna Petri fragilitas, ad vocem femine ostiariæ sic terreri, vt Iesum negaret. Est tamen adhuc in eo venerabile, quod licet sic esset pauidus, pro amore tamen magistri sequebatur. (Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem Petrus cum eis stans, & calefaciens se in medio eorum.) Stabant ministrorum medio, timorè, ne agnosceretur, dissimulans. (Pontifex ergo, qui quæ Iesum introductus fuerat in domum,) (interrogauit Iesum de discipulis suis, & ait: doctrina eius. Iam pridem Christum Iudæi incusauerant, quod attraheret, & turbaret de discipulis, quos collegisset, & vbi nam illos reliquisset, si forte quid Iesum audiret respondentem, quo dolose extracto, ad maiorem locum illi posset verti calumniam: puta quod conuenticula faceret separata, non doceret, & à communi doctrina legis Scribarumque ac Phariseorum traditionibus recederet. Iesus dissimulans ad interrogationem de discipulis respondere, (fugerant enim à se iam omnes, vnus quoque ipsum in mortis proditor tradiderat, alius negauerat,) idem ad secundum duntaxat doctrina, (respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo, & ego semper docui in synagoga & in templo, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas?) Neque enim vt aliquid quod nescis, ex me discas, interrogas. Cur me interrogas, si tamen respondenti non credis? (Interroga eos qui audierunt, quid locutus sum tibi. Ecce videntur scire quid dixerim ego.) Quasi dicas: Nihil occultè docui, sed palam vbi est docendum, aut in templo, aut in synagoga, vbi omnes conueniunt. Hi igitur qui me audierunt, tibi quæ docuerim possunt referre. Hac itaque

Negatio Petri prima

Examinatur Iesus ab Antiana pontifice

Curtacuerit Christus de discipulis

constanter non ex elatione impatientiae Christus respondet, sed veritatis zelo. Porro de discipulis tacet, quia fugerant omnes: idē neque illos laude, neque vituperio commemorat, erudiēs nos, de quibus nō possumus loqui bonū, non debere etiam loqui malum. (*Hæc quum dixisset, vnus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes Pontifici?*) Seruum hunc referunt fuisse Malchum, cui sanauerat Dominus auriculam. Hic beneficio ingratus, quia adulator erat, ad placendum domino suo, quem Domini responsum grauatē videbat ferre, Dominum percussit Iesum, quasi idē tumidē respōdisset, quod de stulta interrogatiōe notaret Pontificem. Hæc alapa aded fuit grauis, quod sola (quemadmodum refert Ambrosius) suffecisset ad generis humani redemptionem. Impletum est autem illud Threnorum: *Dabit percussio se maxillam: saturabitur opprobrijs.* Vide iam quis sit qui alapam hanc infert, quis etiam qui sustinet. Seruus & peccator est vilissimus, improbusquē adulator, is qui cædit: qui verō alapam fert, dominus est maiestatis. Sed quare non vindicat se? Nonne terræ potuit dicere, quæ aperuisset os suum ad deglutendum nebulonem illum? Aut nunquid non imperare potuit igni, qui de celo descendens, illum consumpsisset? Nonne ipse est qui vniuersum creauit mundum ex nihilo? Est vtrique. Verūm noluit vti potentia qua creauit mundum, sed patientia qua vincitur mundus. Videte quomodo nos confutatur vermiculi, qui aded sumus impatientes, vt ne verbum quidem æquanimiter possemus ferre. Respondet tamen Dñs seruo, quasi satisfaciens, atque blandis verbis eius arguit temeritatem: quo daret nobis pro honore Dei, vbi exigitur, modum depellendi calumniam, aut malos corripiendi. Dicit ergo: (*Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo. Si autem bene, loquutus sum, quid me cadis?*) An benignius ministro potuisset vilissimo rationem reddere? Sed dicit fortasse quispiam, Dominum docuisse: *Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & alteram.* Cur igitur ipse non hic obseruauit quod docuit? Neque enim alteram cædenti præbuit maxillam, sed potius arguit cædentem, dicens: *Si bene loquutus sum, quid me cadis?* Dicendum, Euangelij verba non semper ita obseruanda in sensu quem faciunt, & quomodo sonant, sed in eo sensu in quo fiunt. Neque enim docentis fuit intentio, vt maxilla quoties cæsa vna fuerit, altera semper mox cædenda offerretur: quia tamen si vtramque exhiberet, posset tamē inuitus quis, & cum mentis amaritudine sustinere plagam. Sed sensus iste est: Si percussus fueris in vnam maxillam, hoc aded feras patienter, vt paratum habeas animum, in alteram quoque si fueris cæsus maxillam, æquanimiter ac sine murmure sustinere. Hoc factō, statim (*misit Annas Iesum ligatum ad Caiphā Pontificem, vbi scribae, seniores & Pharisei conuenerant.*) Confestim igitur Iesum rapiunt, non minori crudelitate, quam ante ceperant: & ducunt ad Caiphā Pontificem. (*Petrus autem à longe secutus est eum vsque intro in atrium Pontificis.*) Iam semel negauerat præ nimio timore: cor tamen habuit adhuc Domino compatiens, atque non vulgariter amans: Quare eum quoque non libenter deseruit. Itaque Dominus missus est ad Caiphā, vbi omnes conuenerant Sacerdotes & Scribae, quibus hoc anno præerat Caiphā, vtpote summus Pontifex, ante quos introductus humiliter ac verecundus stat Dominus, quasi iam in eorum potestate constitutus. Illi verō minaci vultu & corde tumido inspexerunt eum.

Mm 3

Vnde

Ioan. 18.

Alapa hæc quam fuit grauis. Thre. 3.

Patientia Iesu quantum nostram confundat impatientiam.

Matth. 5.

Euangelij verba in quo sensu obseruanda sint.

Maxillam vnam percipienti præbendam esse & alteram, quomodo intelligendū. Ioan. 18. Ductio Iesu ad Caiphā.

Iob. 16.
Palm. 21.
Ibidem.

Conuictijs
cuiusmodi
Christus
fuerit hic
obiurgatus

Vnde in Iob scribitur in persona Christi: *Inimicus meus terribilibus oculis respexit me. Et in Psalmo David: Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues sederunt me. Aperuerunt super me os suum, &c. Itemq. Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me.* Non dubium est, vbi circumfidentes principes & Scribz medium inter se haberent Iesum stantem, multis conuictijs exprobrationibusq; eidem fuisse molestos, sermonibusque partim illuforijs, partim increpatorijs obiurgasse: quasi dicant: Impudens tu, superiores, leniores teque doctiores saepenumero haecenus arguere praesumpfisti. Vbi modo tui sunt sermones? Vbi tui discipuli? Vbi demque in odia ac insipientis turbæ plausus? Cogitare debueras, seniorum ac scribarum contra te non lacessendam patientiam. Multo tempore stultitiam tuam tolerauerunt, dissimularunt temeritatem. Verum quum nullum insipientiae tuae dares finem, coacti sunt, antequam in deteriora labatur res, finem tuae praesumpti onis imponere. Hac autem tu ipse debueras praemeditari. Si enim nouisti futura, quomodo haec non prauidisti? Si cordium tibi essent manifestae cogitationes, vt simulas, haudquaquam modo hic stares. Longo enim tempore in te omnes amari, nostri contemptum tulimus. Multa item fecimus, vt à populi seductione necessares. Verum in omnibus nimium turbis fretus, desisti nos, Huuulmodi & durioribus adhuc alijs sermonibus Dominum obiurgant.

Negatio
Petri secunda.
Ioan. 16.

Matth. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.

Negatio
trina Petri
vbi cepit
peccati incrementum

Lucæ 22.

Interea, *(sedebat Petrus cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. Excunte autem illo ianuam, rursus quum vidisset eum alia ancilla, cepit dicere circumspectus. Et hic erat cum Iesu Nazareno. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es? Et negauit cum iuramento, quia non noui hominem.)* O Petre, vbi iam fueris? Verba tua: *Animam meam pro te ponam? Charissimi, non hic locus est Petro obiurgandi, tametsi deliquerit vehementer: sed potius pro nobis gemens, qui adeo sumus inconstantes, adeo imbecilles, vt multoties Petro deteriora in vna die agamus. Nullo. n. timore perculsi, sed desiderijs tantu proprijs illius, Christu negamus impudeter. (Et post pusillu interuallo quasi hora vnus, vnus qui astabant, dicebant Petro: Vere ex illis es. Nam & Galilaus es, & loquela tua manifestum te facit. Dixitque vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cum Petro abscondit auriculam: Nonne ego vidi te in horto cum illo? Ille autem cepit anathematizare, detestari, & iurare, quia nescio hominem illum quem dicis.)* multos interloquentibus, & Petrum de falsa negatione conuincere tentantibus. Euangelistarum alij alios introducunt cum Petro loquentes, quia vana multorum erat alloquutio. Ccepit itaque Petrus anathematizare, id est, hinc imprecari, aut fortasse etiam Christo, quia non nouisset hominem. Trina fuit Petri negatio, quæ semper cepit peccati incrementum. Nam primo negauit tantum: iterum deinde cum iuramento negauit: tertio cum sui execratione negauit. *(Et continuo adhuc eo loquente, iterum gallus cantauit.)* Post primam cantauerat negationem gallus, sed Petrus non aduerterat. Iam verò quia Christus praedixerat *Priusquam gallus cantet bis, ter me negabis: vbi gallum denud cantantem audiuit Petrus, (conuersus Dominus, respexit Petrum.)* Voluit quidam ita Domium tunc intra domum stetitisse, vt Petrum posset respicere: ad quem vbi conuersus respiceret, Petrusque haec videns, verborum eius Domini memor sibi praedictorum, quod antequam gallus bis cantaret, etc.

esset Iesum negaturus: proptereaque se intelleret à Domino respectum, fe-
 que veluti admonitum, atrium egreditur pontificis, flens amarè. Alij vero,
 quod verisimilius creditur, Dominum non corporaliter conuersum, ad
 Petrum respexisse: sed quod dicitur, conuersus, intelligendum est, quod Do-
 minus quasi Petri ante oblitus, quia permiserit illum cadere, nunc vero ad
 compassionem, & ad misericordiam erga illum conuersus, respexerit eum
 oculo nimirum pietatis, quo reduxerit illum in sui agnitionem atq; verbo-
 rum sibi prædictorum memoriam. Nam sequitur: *Et recordatus est Petrus*
verbi Domini sicuti dixerat, quod priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et
egressus foras, fleuit amarè. Curia hæc pontificum, vbi inter aulicos erat &
 ministros, obliuionem dominici timoris, atque delicti magni præbuerat oc-
 casionem: quod vbi agnouit, in se reuersus, exiuit, flens amarè, quod dile-
 ctum sibi negasset magistrum. Non tamen tunc solum amarè plorauit deli-
 ctum suum Petrus, sed omni etiam tempore vitæ suæ potissimum autem no-
 ctu ad galli cantum surgens, fleuit. Itaque postquam negauit, abiit se abscon-
 dens, quo facis posset solus flere peccatum suum. Interea autem dum hæc fie-
 rent, stat Iesus inter iniquos, & in eorum concilio aduersus se congregato.
(Principes autem sacerdotum & omne concilium querebant falsum testimonium con-
tra Iesum, vt eum morti traderent, & non inueniebant, quum multi falsi testes ac-
cessissent.) Videte innocentiam Saluatoris, qui adeo sapienter, adeoque sanctè
 ac instè vixit, vt nec falsis etiam ac iniquis testibus locus in eius vita præbere-
 tur, quo illum calumniarentur sub aliquo colore, specieue zeli. Adeo in quâ
 innocens erat Christus, vt in eius vita nihil inueniri posset vel ab inimi-
 cis, quod speciè aut colorem iustæ haberet accusationis. Quæruntestimoniū
 falsum, quia verum, non erat spes, vt inueniretur contra Iesum: nec fal-
 sum etiam quærent, nisi quia nihil poterant, licet falsi excogitare, quod in
 illum quadraret. *(Nouissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Nos au-*
diuimus eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum
aliud non manufactum, edificabo.) Hæc Christi, quamuis non sint, dicunt esse
 verba: quia corrupta atque mutata sunt. Mutauerunt enim impij, tam verba
 Christi, quâ sensū. *(Ideo non erat conueniens testimoniū illorum.)* Neq; n. Chri-
 stus dixit, templum hoc manufactū, &c. neq; de tēplo loquebatur manufacto,
 sed de templo loquebatur corporis sui. Soluite, inquiens, hoc est, soluetis
 templum hoc, & in triduo excitabo illud. Atque ideò non minus sensum quâ
 verba mutarunt hi duo falsi testes. At quæ hæc verba testes producant,
 si fortasse miraris: scias per hæc verba illos Christo struere voluisse calum-
 niam, quasi blasphemauerit, qui potentiam sibi tribuerit diuinam, vt potè
 rem homini impossibilem, sibi arrogans. Quam ad hæc Iesus omnia taceret,
(Surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te
testificantur?) Pontifex superbia simul ac ira exagitatus, surgit, & ad loquen-
 dum prouocare Iesum contendit, quo audire præsentibus multis quid pos-
 sent, vbi illum in sermone caperent, aut quippiam inuenire, vnde accusan-
 di haberent occasionem. *(Iesus autem tacebat, & nihil respondit.)* Quare tace-
 bat? quia mēdacia sola & incongrua testimonia producebāt, indigna prorsus
 ad quæ responderetur. Sciebat præterea calumniandi eos duntaxat quære-
 re occasionē. & quicquid dixisset, paratos ad subuertendū. Atque ideo illis occa-
 sionem

Respectus
& conuersio
Christi ad
Petrum cu-
iusmodi.

Matth. 26.

Negatio-
nem suam
Petrū omni
tempore
vitæ suæ
fleuisse.

Falsum te-
stimonium
contra Iesū
quæritur.
Innocentia
Christi
quanta.

Marcii 14.

Ioan 2.

Matth. 26.

Silentij
Christi ratio
quæ.

Accusatio-
nes menda-
ces quomo-
do sustinen-
dae.

Verfusia
Caiphæ &
Iudæorum
contra
Christum
quanta.

Matth. 26.

Vestimen-
torum scit-
tio apud
Iudæos,
quid sibi
velit.

Matth. 16.

Blasphemia
quid sit.

Facies Chri-
sti cōputio
qualis.

tionem præstare noluit calumniandi maiorem. Docere quoque nos voluit dum ab importunis accusamur hominibus mendaciter, dumque respondendo nihil proficimus, nisi quod grauius tunc irritantur aduersarij, sustinere debemus atq; tacèdo pati. Hoc modo quò nihil adhuc licet à pontifice aduocato, Iesus respondere, iratus pontifex quod nihil audisset accusatione dignum: (*princeps igitur sacerdotum,*) quia furor de sede illum expulerat, stantiam faciem Christi, (*ait illi. Adiuuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei benedicti.*) Non desiderio veritatis inuestigandæ, Dominum Caiphæ adiuurat, sed vt locum inueniat contumeliæ, audiatque vnde Christum quæ accusare. Idèd tanta vrget Christum autoritate diuini nominis, cui Christus si non reuerentiam daret respondendo, argueret eum rebellem, superbum Deo contumeliosum: si responderet, quod non dubitabat responsurum, blasphemiam illi crimen imponderet. Hæc verfusia Iudæorum semper fuit, Iesus ancipitibus laqueis quaestionibusq; dolosis circumuehere, vnde illum sperabant se non posse extricare. Dominus igitur Iesus, licet Caiphæ verfusiam ignoraret malitiam, ne diuini nominis parupendere videretur auctoritatem, (*dicit illi Iesus: Tu dixisti, Ego sum.*) Ego hoc de me non iacto, sed dixisti quomodo est, quia scilicet ego sum. Ne tamè diuinam tantum me perconfiteri naturam, audi & humanam. (*Veruntamen dico vobis,*) non tibi & Caiphæ soli, sed omnibus: (*amodò videbitis filium hominis sedentem à dextera sedis Dei.*) Amodò videbitis, hoc est, iam non statim post hæc verba, sed post hoc tempus in fine mundi, videbitis filium hominis sedentem in æqualitate ac maiestate Dei Patris. Videbitis autem eum (*uententem in nubibus caeli,*) hoc est, ad iudicandos viuos & mortuos. (*Tunc princeps sacerdotum dicit vestimenta sua, dicens: Blasphemaui.*) Iudæorum erat consuetudo, si quis sibi vehementer inimicum audiret, & vnde vehementer tristaretur, scindere vestimenta sua: quemadmodum dum blasphemiam audirent, quæ vehementer contristati ob sermonis indignitatem ac Dei contemptum, scindebant vestimenta sua. Hoc modo Caiphæ simulator & hypocrita pessimus, quasi læsum se adèd vehementer propter, verba Christi, quem blasphemum iudicabat, sorgebat: vt vestimenta scinderet, clamans: (*Blasphemaui. Quid de hoc egereis reijctio? Ecce audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi reijctio dixerunt: Reus est mortis.*) Vide quam peruersum iudicium. Ipsi accusatores ipsi testes, ipsi sunt iudices, ipsi abiq; ordine vilo iuris mox proferunt sententiam. Blasphemia est, si attribuitur creaturæ, q̄ solius est Dei: aut si Deo tribuitur, q̄ solius est creaturæ. Nō igitur fuit blasphemiam, sed veritatis cōfessio, quæ Christus loquebatur. Erat. n. & Deus & homo in vna persona, q̄ imp̄ ij illi quæ non credebant, ipsi blasphemiam erant. Neq; enim solū non crediderunt Dominum Iesum esse Deum, verum etiam innocentem non iudicabant, quippè quæ tantquam latronem moliebantur occidere. Cogitate filij, quanto meritis Christi potuit cor tunc meritò vulnerari, quando tanti criminis reus iudicabatur, atque morti obnoxius. Itaque postquam Iesum audierunt adiudicatum morti, (*virique tenebant eum, illudebant ei,*) tanquam fatuo & mentis reo, ad placendum dominis suis, Quomodo autem eidem illuserunt, scip̄ tur: (*Tunc expuerunt in faciem eius*) non sputo tenui ac nudo tantum, sed p̄mate putentissimò Christi faciem teneram polluebant. Ita enim foras

VI
LX

eius impleuerunt faciem elegantissimam, vt non aliter atque leprosus appa-
reret. Quo impleri cœpit illud Esaiæ: *Non est ei species neq; decor. Vidimus eum,
& non erat ei aspectus. Et nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo
& humiliatum.* Spuere alicui in faciem, apud Iudæos maximus erat contem-
ptus. Quapropter quem vehementer vilem aestimabant atque ignominio-
sum, in huius faciem expuebant. Ideò alius dicit Euangelista: *(Cœperunt quidã
conspicere eum, quia ludibrijs huiusmodi tam ignominiosis, quam dolore af-
flictis, totam noctem in eum expenderunt. Sequitur: (Alij autem palmis in sa-
ciem eius dederunt, hoc est, alapis & palmis extensis eius faciem cædebant. Nō
solum pœna hic cogitanda est, verum etiam iniuria ac ignominia Christo,
qui tam viliter tractabatur, illata. (Alij colaphis eum ceciderunt,) hoc est, in
collum percusserunt. Hic iterum præter pœnam ignominia torquet, quan-
doquidē fatuis solis & vilissimis quibusque ac maximè despicabilibus homi-
nibus hoc solet cædēdi genus inferri. Cogitate hic Iesu patentiã filioli, qui nō
aliter atque hominum vilissimus, dum indignè tractatur, nihil resistit, nihil
conquæritur, nihil omninò loquitur, & discite quàm æquanimiter in silen-
tio atque sine murmure, & querimonijs iniuriæ sint sufferendæ. Hodie quoq;
Christus in faciem cæditur, & colaphizatur, dum eius membra contemnuntur,
iniurijsque afficiuntur. Quicquid enim vni (inquit) ex minimis meis fecistis,
hæc mihi fecistis, hoc est, perinde ego id accepto, æquè retribuo, siue bonum si-
ue malum fuerit, quicquid exhibueris fratri aut proximo tuo, ac si mihi fe-
cisses ipsi.*

Esaiæ 53.
Spuere alicui in faciem
quanti sit
contemptus
Marc. 14.

Alapis &
colaphis
ignominio-
se Christus
cæditur.

Alapis &
colaphis
quismystice
Christum
percutiat.
Matth. 23.

Deinde (velauerunt eum.) id est, eius faciem panno operterunt, (*& interro-
gauerunt eum, dicentes: Prophetiza a nobis Christe, quis est qui te percussit?*) Ac si dice-
rent: Prophetiza es, futura & secreta nostri reuelare. Iam videbimus quantum
prophetare didiceris, imò tentabimus: & si vel presentia noueris abscondi-
ta, videbimus. Deridebant enim eum quasi immeritò à populo habitum
prophetam. Dicentes itaque: *Prophetiza a nobis Christe, quis est qui te percussit?* non
vnus tantum, sed simul plures cædebant: quo non solum pœna, verum etiã
opprobrio Christum afficerent. Sub his enim verbis, atque sub hac inter-
rogatione alius in faciem, alius in collũ cædebat, alius barba, alius trahebat ca-
pillis. Itaq; dũ multi cæderent, illi foriẽ Christũ interrogantes: *Prophetiza a,* in-
quiunt, *nobis Christe, quis est qui te percussit?* Proheta es: secreta nostri dic no-
bis quis te percusserit. Nam si hoc nescis, haudquaquam propheta es. Cogita-
te filioli, quis est qui hæc patitur. Nunquid non mirum est, quod ignis de cœ-
lo non venerit, & perdiderit nebulones hos pessimos? Veruntamen qui zelo
mouemur seuro in hos nequam pessimos, videamus ne illis deteriora nos
faciamus. Contemptu enim atq; irreuerentia Domini in faciem cædimus:
cordis immundicia vultum eius conspuimus: temeritate quoq; ac deliquen-
di impudentia oculos ei velamus: quia frontosi in eius conspectu, ac si non
videret nos, peccare non erubescimus.

Faciẽ Chri-
sti velatio.

Matth. 26.

Faciẽ
Christi qui
mystice cæ-
dat, cõspuat
siue velet.

Sequitur: *(Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.)* Pura cuiusmodi so-
lebãt in eum loqui, quod esset Samaritanus, quod dæmonium haberet, quod
nisi in virtute Beelzebub non eijceret dæmonia: quod insanus, quod vorax,
quod amicus publicanorum, quod illiteratus & fabri filius, quod legis tran-
sgressor, & vini sit potator. De istis iniurijs in Esaiæ persona Dominus lo-
quitur:

Ioan. 8.
Lucæ 11.
Ioan. 10.
Matth. 11.
Matth. 13.

Nn

quitur:

Esaie 52.
Iniuria
hic quantæ
Christo ir-
rogata sint
Lucæ 22.

Matth. 27.
Marci 15.
Lucæ 23.

Lucæ 22.

Ibidem

quitur: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me.* Vide iam & comparate pifimo Iesu, inter vilissimos nebulones, impijssimosque ribaldos hac nocte uidenti, qui vt lupi multi mansuetissimum agnum sermonibus, illusionibus, impropertjs ac verberibus circumfidentes, indignissima & qua Euangelicæ verecundia erat exprimere, agebant. Totam enim noctem expendebant poenis, in opprobrijs, & in blasphemijs Christo irrogatis. Propterea sequitur: *Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.* Interea autem ad quietem runtur se dedisse Iudæorum præstantiores, dimisso Iesu in manibus impij illudendo vsque mane. (*Tunc enim vbi factus est dies, mane consilium inueniunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum mortui uerent.*) Nocte enim in prima illius discussione ante Caipham, non omnes de concilio erant, fuere præsentis. Vnde expectato manè, de omnium uoluntate Caiphæ consensu Christum auditum iudici tradere. Ideo mane conciliorum collecto, (*adduxerunt Iesum in concilium, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis.*) Allicere conantur Christum, vt omnes eum iam præsentis audiant, Christum se confitentem. Dic nobis inquit, absq; verborum inuolucro palam, si tu es Christus. Nihil magis desiderabant, quam vt Christum se confiteretur, quod est, esse Messiam ac regem Iudæorum. Hoc enim solo sperabant Pilatum indignationem commouendum: quoniam hoc confiteri, Cæsaris repugnare videbatur edicto, qui regem prohibuerat nominandum, à se non confitendum. Et propterea intermissa nunc interrogatione de filio Dei, quem se nocte factus fuerat confessus, de Christo interrogant, quo occasionem habeant accusacione manifestiorem. (*Et ait illis: Si dixerò vobis, scilicet me esse Christum, non credetis mihi. Si autem & interrogauero, non respondebitis mihi.*) vel ex imperio, vel ex timore ac malitia, ne minus habeamini docti, aut à me uicti, (*neque dimittetis,*) veluti innocentem, qui tamen verè sum innocens. (*Ex hoc autem id est, non diu post passionem, (erit filius hominis sedens à dextris virtutis.*) Dixerunt ergo omnes: Tu ergo es filius Dei? Ex frequenti locutionis vsu dicebant, Christum de seipso loqui, vbi diceret filium hominis. Non tamen sequitur id quod ipsi dolose hic inferunt, quia filium se vocat hominis, vt sit etiam filius Dei. Sed propterea ita concludunt, vt illectum sua ipsius confessione capiunt in verbis. Ideo dicunt: Tu ergo es filius Dei? (*Qui ait: Vos dicitis quia Iesum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audierunt ore eius,*) puta quod filium se Dei atque Christum nominauit.

Hic finit Matutinis, incipit Hora prima.

Lucæ 23.
Ductio Iesu
ad Pilatum
quibus bla-
sphemijs fa-
cta.

ET surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illam ad Pilatum.) Ministri vincientes Iesum, cum tumultu & armorum strepitu eum suscipiunt, multi que blasphemijs improbijs cor eius pijsimum fatigant, & similia dicentes: Veni mage & malefice, iam finientur maleficia & incantationes tuæ, quas diuina tu miracula coram indocta plebe iactitas: coram simplicibus voluisti apparere Christus. At principes nostri inuenerunt corruptionem & simulationem tuam, quibus ne vnum quidem potuisti respondere verbum. Hæc huiusmodi q; alia in itinere loquentes, mansuetissimum

Dominum blasphemabant, atque in prætorium duxerunt ad Pilatum.

Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed

manducarent Pascha. Prætorium locum tradunt esse, vbi iudicium fiebat sã-

guinis. Et etiam quia domus ibi erat Pilati, hominis pagani & incircuncisi,

timuerunt si pagani ingrederentur domum, pollui se hypocritæ scelesti. Ti-

mebant pollui, si locum vbi de sanguine iudicatur, fuissent ingressi. At quo-

modo non polluebantur, dum innocentis ipsimet fundunt sanguinem? Ita

enim apud Pilatum Christo mortem procurant, ita Pilatum ad occidendum

urgent, vt magis ipsi sint qui Christum occidunt, quam Pilatus. Pluris namq;

refert, apud iudicem per falsas accusationes innocenti mortis calumpniam

parare, quam morti ad iudicatum interficere. Cæterum quæ ista simulatio,

quæ ista vestra est Iudæi hypocrisis, pro tam arcta conscientia, non intrare

domum hominis incircuncisi, nec locum vbi sanguinis agitur iudicium, ne

contaminemini: & nullo conscientia moueri scrupulo, quod sanguinem in-

nocentem ipsi funditis? funditis autem, quia etiam scitis innocentem Iesum,

licet inuidia cæci fitis, mortem tamen ei procuratis, imò viribus & minis

quantum potestis, ad hoc iudicem, vt Iesum interficiat, vrgetis. An sanguinis

effusio innocentis à vobis impetrata, non inquinat, domus vbi de sanguine

fundendo tractatur, vos inquinat? Iustè reuera vocauit vos, iam pridem

Christus sepulchra dealbata, qui quum intus pleni sitis spurcicia, omnique

abominatione & hypocrisi, coram hominibus tamen propter vestram fi-

mulationem foris & iusti apparetis, & synceri. Benè obiecit vobis veritas

ipsa Christus noster, quod mentham & holuscula minora decimatis, & gra-

uiora legis transgredimini, colantes culicem, & gluientes camelum. (Tunc

videns Iudas, qui tradidit eum, quod damnatus esset) magister suus, quem tradidit.

Considerare enim hoc potuit, Iesum videlicet esse damnatum, quoniam liga-

tum eum videbat, (penitentia ductus) propter enormitatem peccati perturba-

tur penitens quidem, sed sine rememoratione diuinæ misericordiæ, & absq;

spe veniæ in seipso obscuratus, nec ex amore Dei ad Deum pro peccato ge-

mens, quomodo Petrus lachrymabatur, quod pijsimum offenderat negan-

do Dominum. Sed desperans, (retulit triginta argenteos principibus sacerdotum,

& senioribus populi, dicens: Peccauit, tradens sanguinem iustum.) Non omnes

principes cum Iesu abierant tradendo Pilato, sed quidam ex illis in templū

iuerant, vbi Iudas illos inuenit, peccatum suum palàm confitens. Penitentia

Iudæ fuisset salutaris, si spem habuisset veniæ. Modò verò quia desperauit, nō

salutem, sed damnationem ei operata est infelicissimam. (At illi dixerunt:

Quid ad nos? Tu videris.) Quasi dicant: Nihil ad nos hoc pertinet, si nobis in-

nocentem ac iustum tradideris ad mortem. Pro hoc enim tu, non nos respō-

debimus. O cæcaram vestram conscientiam Iudæi. An nihil ad vos pertinet,

iustum quod sanguinem fundi procuratis, quem dolo, ac dato propterea pre-

cio, vt commodum possitis, in manus vestras tradendum comparastis? An

Pilati vos domus inquinat, hæc autem vos studiorum vestrorum iniquitas

non polluit? Iudas autem videns eos non solum non curare, verum etiam se

ab illis derideri cum pecunia: proiecit argenteis in templo, recessit: & abiens, la-

que se suspendit.) Hac desperatione multò plus, quam venditione Domini, Iu-

das peccauit. Suspensus quoque crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera

ei.

- Actor. i. eius. (*Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non fiet eos maner in corbonam.*) hoc est, in gazophylacium, siue in locum cum alijs oblationibus, ad templi reparationem donatis, (*quia precium sanguinis est.*) Videtur tamen scilicet pediculosam principum conscientiam: pecuniam non arbitrantur dignam aut mundam, qua venditus est Christus, vt in corbonam cum alijs templi oblationibus mittatur, propterea quod precium sit sanguinis. At vero se iudicant impollos, qui Christum emerunt ad occidendum, atque opere sunt iam constituti, quo eius sanguinem fundant innocentem. Vnde precium sanguinis cum alijs ponatur pecunijs, graue aestimant peccatum, atque prorsus illicitum. Verum quod ipsi procurauerint, quod emerint, quod in re ipsa moliantur, vt sanguis fundatur innoxius, nihili pendunt. (*Contra autem inuito, emerunt ex eis agnum figuli in sepulturam peregrinorum.*) Non misericordia hoc fecerunt ad peregrinos, sed quo Christi longius traduceretur improperium: hoc est, quo Christi traditio a suo discipulo, ex hominum memoria non pereat. (*Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach, hoc est, ager sanguinis vsque in hodiernum diem.*) Volunt enim semper hoc recitare ad Christi ignominiam, quod a suo foret discipulo traditus. (*Vt impleretur quod dictum est per Hieremiam prophetam: Et acceperunt triginta argenteorum pro eum, quem appreciauerunt a filijs Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.*) Cum itaque non inerant Pontifices & maiores in praetorium, propter diem festum. (*Pilatus*) volens eis condiscendere (*exiit ad eos foras, & dixit: Quam accusationem assertis aduersus hominem hunc?*) Consuetudo erat Romanis, a quibus Pilatus missas constitutus erat super Iudaeam praeses ac iudex, neminem damnare, nisi accusatum autumque, & nisi accusato locum tribuissent defendendi se ad abluenda crimina. Quapropter Romanorum seruans Pilatus morem, aduersus Iesum accusationem sciscitatur Iudaeorum. (*Et dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidisset eum.*) Quasi dicant: Tantae sumus auctoritatis, tantaque atque religionis, ad haec denique tanta iustitiae & sinceritatis, vt merito tibi Pilato sufficere deberet iudicium nostrum, de quo nequaquam congruit debitari. Aded enim sumus conscientiosi, aded integri, vt nequaquam, si non foret malefactor, illum traderemus. Sufficiat tibi quod vides illum in iudicio nostro damnatum, quem propterea victum adducimus. Hoc propterea dicunt, vt Pilatus vltra inquirere cesset, & soli eorum iudicio credens, Christum supplicio damnet. Dicunt igitur: *Si non esset hic malefactor, &c.* Hoc est, Longissime a conscientia nostra abest, innoxium victum huc adducere. Idcirco simplici nulloque testimonio ac verbo nostro deberes credere. Nihil singulari accusatione habuere dignum Iudaei: ideo generalibus nituntur verbis iudici persuadere, vt examine suo intermisso, subscribat damnationem eorum. O miseri, caduci, atque liuidi Iudaei, quae illa sunt Christi malefactorum quid mali vobis fecit mundi Saluator, vt illum malefactorem dicere debeatis? Num propterea malefactor est, quia infirmos vestros sanauit, illuminauit caecos, suscitauit mortuos? Interrogentur, respondeantque a demonibus liberati, leprosi mundati, muti loquentes, ad vitam resuscitati, reliqui denique omnes languidi per eum curati, an Iesus malefactor sit. Iam pridem pro se loquens, antequam patiendi sua illi aduenerat hora, nonne vobis dixit: Multa bona opera ostendi vobis, propter quod horum vultus ma-

Conscientia
Iudaeorum
pediculosa.

Zachari. 11

Ioan. 18.

Actor. 25.

Iustitia Iudaeorum si-
mulara.

Ioan. 18.

lapidare? Porro, (Pilatus) nihil mali sciens de Iesu, Iudæorum proteruam animositatem, simulatamq; iustitiam auersatus, (dixit eis: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum.) Si vobis illum audiuisset sufficit, sufficiat etiam vobis secundum legem vestram illum iudicare. Mihi, si iudicare debeam, tamen si non sim pharisaicæ religionis cultor, non sufficiat hominē infamari tanquam malefactorem, vt mox antequam quid fecerit mali, mihi declareretur, illum non auditum damnem. Igitur si volueritis vt discussio sufficiat mihi vestra qua illum audistis, sufficiat & vobis sententia vestra qua illum damnastis. Potuit tamen nihilominus fieri, vt feriosè, non ironicè hæc dixerit verba Pilatus, volens excutere de manu sua, ne super Dño Iesu iudicium facere cogere tur. (Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum.) Matth. 2. Multo profectò tempore audierat, quàm erant infensi Domino Iesu Iudæi. Idèò importunitatem accusantium agrè tolerauit: & quomodo potuit, se excutiendi ab hoc negotio ne Iesum iudicaret, quæsiuit occasionem. Idèò dicebat: Accipite eum vos, &c. Quasi dicat: Mihi quidem vir iste religiosus & iustus videtur: idèò de eius non libenter me occupari velim iudicio, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. (Dixerunt ergo Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam,) scilicet in die festo. Nobis etiam non licet quemquã crucifigere. Hoc enim genere mortis Dominum volebant mori. Propterea sequitur: (vt sermo Iesu impleretur, significans qua morte esset moriturus.) Sæpè enim Dñs prædixerat se crucifigendum, & à terra exaltandum. Videntes igitur Iudæi Pilatum nolle in causa, aut damnatione Iesu quippiam agere, nisi quærimonijs & accusationibus auditis, (Ceperunt eum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse.) Has adduxere accusationes, quibus potissimè Romanos, quorū autoritate præsidebat Pilatus, putabant offendendos. Omnia enim quibus incusabant Christum, eo torqueat, vt Cæsari videatur egisse cōtraria. Nam quod dicunt plebis subuersorem, ita intelligi volunt, quod à lege & patrio cultu populum auerrat, vnde dissidium plebis atq; contentio popularium sequatur. Hoc, quasi Romanis intolerabile debeat iudicari, primo in accusationem adducunt. Verùm id manifestum erat mendacium. Nā ipsemet legem obseruabat, quamuis cæcam Iudæorum hypocrisim non nunquam arguebat, nolentium hominem infirmum curari debere in sabbato, quum ipsi bouem aut asinum cadentem in foueam cisteruamve, extraherēt absque violatione sabbati. Deinde adijciunt quiddam, imperatori (vt arbitrabantur) magis contrarium, quod prohibuerit tributa dari Cæsari. Hoc iterum manifesta calumnia impudensq; fuit mendacium. Neq; enim prohibuit vnquam dari tributum Cæsari, sed dixit: Reddite Cæsari, que Cæsaris sunt: que autem Dei sunt, reddite Deo. Et didrachma ipse pro se & pro Petro soluit licet non tenebatur, ne scandalizaret quemquam. Tertia fuit accusatio, quod profiteretur se Christum regem. Apud Iudæos dicere Christū, erat dicere regem. Verùm quia nomen Christus apud Pilatum quid significaret, erat ignotum, explicant, adijcetes regem. Hoc tanquam potissimum inter accusationes, in fine constituunt: quia Imperatoris id vehementer repugnare videbatur edicto. Nam Dominus Iesus licet rex, Christus & Messias foret, tamen temporalem se noluit mundo exhibere regem. Siquidem turbæ ab eo passæ, vbi

Ioan. 10.

Ioan. 13.

Matth. 2.

Ioan. 13.

Lucæ 22.

Accusatio

Iesu ante

præsidentem

iniqua tri-

plex

Lucæ 14.

Matth. 22.

Matth. 17.

Ioan 6.
Ioan. 18.

volebant eundem facere regem, ab eis fugit in desertum. (*Introiuit ergo in pratorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es Rex Iudaeorum?*) Introiuit, vt solus cum Iesu loqueretur, audiretque illum. Ex tribus autem accusationibus vltimam duntaxat discussit. Nam quod à lege populū auerteret, nihil habuit penſi Pilatus. Erat enim gentilis atque idololatra: idē legem non curabat Iudaeorum, quos superſticioſos potius iudicabat. De tributo non praestādo Caesari, quod alterā faciebat accusationē, pariter nihil aduertit. Sciebat enim id esse mentitū. Neq; enim vt praesēs à Romanis institutus, ignorabat quid dolosis responderat Iudaeis, videlicet: *Reddite Caesari, quae sunt Caesaris, &c.* Tertiam solum accusationem discussit, interrogans Christum si rex esset, hoc est, si de stēnate natus esset regni, cui regnare competeret, aut si ambitur regiam digētatē. Hoc namq; ipse praetendebat accusationis, cui vt inuigilaret iuxta Romanorum edictum Pilatus, & ne id fieret, caueret, suum esse ducebat. Eam ob rem igitur interrogauit Pilatus, si rex esset iuxta maiorum genealogiam. Nam officio vt praeficeret regem, nihil suspicabatur, videns Iesum pauperem, & iuxta seculi iudiciū vilem. Aut fortē ironicē illum interrogat: *Tu es rex Iudaeorum?* quasi dicit: Tu pauper ac despicibilis, nec vllō fultus auxilio, rex esse cupis Iudaeorum?

Luca 20.
Marc 11.

Respondit Iesus: At me ipso hoc dicitis, an alij tibi dixerunt de me? Vidisti tu tuum Pilate, quicquam de me, quo ambire videar regnum, an alij de hoc me tibi accusant? (*Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudaeus sum?*) vt sciam quis natus in regio sit stēmate, aut vt te sequutus sim, praedicationes tuas audiens, vniū obseruans. (*Gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi.*) Quod absq; eui deminuitur putatur factum ratione. Nam vbi tanti te viri tradunt, haud innoxium te esse necesse est. (*Quid fecisti?*) Quod tuum est delictum? Quare traditus es? Ad hanc Dominus respondere potuisset: Interrogas me Pilate quid fecerim? Caelum terramq; & mare, simul & quae in eis sunt omnia, verbo feci: imperator rem & subulcum, vt unque ego feci. Veruntamen hoc non dicit Dominus Iesus, sed ad priorem respondet interrogationem, puta, sit ne rex, dicens: *Regnum meum non est de hoc mundo.*

Ioan. 18.

Nihil mundanum quaero, nihil desidero temporale caducumve. Proinde non suspiceris Imperatoris me aduersari potestati. *Regnum* namque meum non est de hoc mundo, quod vel Romanos, vel offendere queat Iudaeos. (*Non est ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vique decertarent,*) id est, pauperes pro me, (*vt non traderer Iudaeis.*) quod quū tu palam vides non fieri, ab ipso timore potest esse vllō quod ambiens me ingeram ad regnum. (*Nunc autem regnum meum non est hinc.* Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu?) Si (quod inuenire videris) regnum habes, tamen si de hoc mundo illud non sit, es igitur rex. (*Respondit Iesus: Tu dicis, quia rex sum ego.*) Neq; ego id iacto, neq; regem esse nego, sed quomodo tu dicis, rex sum ego. (*Ego ad hoc natus sum,*) temporaliter, (*& ad hoc veni in mundum,*) per carnis assumptionem, (*vt testimonium perhibeam veritati.*) Omnis qui est ex veritate, audit me,) corde credendo, & obediendo opere. (*Dicit ei Pilatus: Quid est veritas?*) Interrogauit quidem de veritate Pilatus, sed responsionem non audiuit, ob id fortalsē, quia satis iam Christum de temporalis regni ambitione didicerat innocentem, festinatēq; exiuit, quia Iudaei timebant Pilatum, si cum Iesu loqui diutius permittere-

Ibidem.

tu
fo
tu
re
N
ba
re
fe
ce
hu
m
cla
qu
Ip
lē
re
ho
hi
m
qu
ue
pr
tu
pr
lu
hu
m
co
ca
fa
ra
qu
su
qu
le
tu
or
te
ca
er
lo
Q
pr
m
pe
de

Ioan 18.

tu
fo
tu
re
N
ba
re
fe
ce
hu
m
cla
qu
Ip
lē
re
ho
hi
m
qu
ue
pr
tu
pr
lu
hu
m
co
ca
fa
ra
qu
su
qu
le
tu
or
te
ca
er
lo
Q
pr
m
pe
de

tur in eiusdem fauorem trahendum atq; Iesum absoluturum. Ided excitato foris tumultu atq; sono, vbi Pilatus de veritate interrogauerat, statim sequitur: (*Et quum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudeos.*) Iesu interim solo in pratorio relicto. Et dicit eis: *Ego nullam in eo inuenio causam,*) morte videlicet dignam. Nihil enim eorum quæ proposuerant in accusationem Iesu, Pilatū mouebant, quia falsa eos dixisse nouerat. Solam hanc acceptauit accusationem de regno, quam iam quoque discessit, ac pariter nullam inuenit. Vnde placatū se ostendit, atq; ad Iesum dimittendum se paratum. (*At illi inualecebant, di-* Luca 23.

centes: Commouit populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc.) Videbant Pilatū Iudæi de accusationibus parum curare: idcirco clamoribus nituntur impetrare, quod accusationibus non poterant. Sed quid clament videte. *Commouit populum docens.* Pro magno illi crimine obiicit, quod docuerit populum: quo certè non accusationem meruit, sed laudem. Ipsi tamen inuidi Iudæi hanc propterea querimoniam inducunt, quod volebant inferre ex hoc, ipsum excitasse populum ad tumultum, seditionem & rebellionem: quam obrem Pilatū quasi admonitum volunt, vt prouideat hoc auertendum, si præses velit haberi Cæsari fidelis. Ah bone Iesu, neminem hic habes aduocatum, nemo pro te loquitur, nemo excusat, nisi eos qui inimici videbantur præcipui, proditorum & iudicem: hoc est, Iudam & Pilatū. quorum ille dicit: *Peccavi, tradens sanguinem iustum:* hic, *Ego nullam causam inuenio in eo.* Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quod de Herodis potestate esset,) qui rex erat super Galilæam constitutus, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus.) scilicet propter festum. Si quidem Iudæus erat. Nam eius Pater vxoris amore, quæ Iudæa erat, relictis idolis & gentiliū ritu, ex pagano factus est Iudæus. Ad huius filium Herodem, misit Iesum Pilatus, quia patri successerat. Misit autē illum ad Herodem, occasionem cupiens euitare, ne ob Iudæorum improbam cogere tur importunitatem, sententiam dare in Iesum, sperans simul hac occasione Iesum liberandum. Sperabat enim Iesum, præsertim innocentem, facilius apud Herodem misericordiam inuenturum, propterea quod in terra, quæ sub eiusdem esset ditione, conceptus foret & educatus. Videte denud quomodo concurrunt iam turbæ, & vna cum principibus sacerdotum agnū suscipiunt mirissimum. Tanto enim maiori furiunt crudelitate in Iesum, quanto gratis se ante Pilatū vident laborasse, non obrentis votis suis sacri-legis, quæ machinabantur in Iesum. Acceptum itaq; Iesum inter multas contumelias blasphemiasq; ducunt ad Herodem. Vide (vt dixi) populum vndiq; occurrentem, tanquam rerum nouarum studiosum, & Iesum videre cupientem. Hic enim adhuc quomodo in domo fuerat Caiphæ illus, consputam, cælamq; circumferebat faciem, humiliter incedens, & quasi omnium foret criminum reus, tacebat. Cæterum quis putas quantusve fuerit luctus, & dolor matris, quæ certè non erat nouissima, quæ filij sui audiret calamitatem. Quæ etsi non sequebatur de iudice ad iudicem, fortassè virginea honestate præpedita non poterat tamen fieri, vt quid de filio ageretur nesciret. Quinimodò putanda est in aliquo tunc fuisse loco congruenti aut domo, vbi omnia percipiebat. Erubuerunt quoque amici nonnulli Iesū, licet pauci admodum, dolentes vehementer super ignominia quæ prædilecto fiebat magistro.

(Hero-

Aduocatos
cuiusmodi
in passione
Christus
habuerit.
Ductio Iesu
ad Herodem

Iesum qua
ratione ad
Herodem
miserit
Pilatus.

Ductio hæc
Iesu quibus
sit facta cō-
tumelijs.

Dolor ma-
tris Iesu
& amico-
rum eius
quantus.

Lucæ 23.
Curiositas
Herodis
quanta.

Herodes
quidnam
interrogauit
Iesum
Matth. 2.
Deut. 18.
Matth. 3.
Ioan. 1.
Fauorem
Herodis
cur deuita-
rit Christus.

Lucæ 23.
Accusatio
Iesu.

Spernitur
Iesus ab
Herode.

Vestis hæc
cuiusmodi
fuerit.

Herodem
consensisse
in mortem
Domini.

Obedientia
patientiaque
Iesu quanta.

(Herodes autem viso Iesu gaudens est valde. Erat enim ex multo tempore cupens videre eum.) Herodis gaudium non fuit deuotionis, nec propterea Iesum videre cupiuit, vt animæ suæ salubre aliquid ex eo hauriret, sed nouitatis tantum studio cupiebat illum videre. Curiosus namque & vanus, Iesum videre audireque cupiebat, (eo quod multa audierat de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.) Totus namque erat curiosus Herodes: idè vt coram se aliquid faciat Iesus signum, instat, fortassè magnum æstimens Iesum, (Interrogabat ergo eum multis sermonibus,) ex eodem curiositatis ac vanitatis manantibus. Quid interrogauerit Iesum Herodes, nescitur, nisi quod saltem suæ vile nihil creditur interrogasse. Idè nullam meruit responsum. Quæ tamen curiosè quid Herodes interrogauerit sciscitatur, dicatur illi Herodes interrogasse, fuerit ne Iesus puer ille, quem pater suus quærebat ad perditionem. An etiam Messias sit, in lege promissus: an denique vera sit fama, quam de Iesu audièrit miraculis & an ipse sit, de quo Ioannes prophetauerit. (At ipse illi respondebat.) Non ambiebat, imò deuitabat Herodis fauorem Iesu. Quare? Nempe si miraculum Iesus in conspectu regis adeptus fuisset gratiam, & absolute omni querimonia Iudæorum liberè permissus fuisset abire. Christus qui propter nos passurus venerat, cuiuscumque recusabat gratiam hominis, per quem sua fuisset passio impedita. Voluit præterea nos docere gloriam, laudem, fauoremque non quære humanum. Deinde credendum etiam Herodes Iesu non synceram habuisse fidem, sed credidisse ipsum aut fortassè magum, aut esse incantatorem. (Stabant etiam principes sacerdotum, & scribe constanter accusantes eum.) perinaciter accusabant apud Herodem, quomodo apud Pilatum, & eisdem utrobique criminationibus vtuntur. Porro Iesu nullum signum faciente, neque ad Herodis interrogata, neque ad accusationes Iudæorum respondente, (Spernit eum Herodes in conspectu suo.) æstiment eum tanquam fatuum. Quippe qui vti nollet occasione sibi data se liberandi, aut qui calamitatem suam pro insipientia vitro spernit. Spernit igitur eum, & quo alijs quoque quid de Iesu sentiret, suum declararet animum: (Et illi se indutum veste alba.) Hæc vestis qua Christum indutum modum scapularis monastici facta refertur, & fatuorum fuisse dicitur per nos indumenti. Hoc itaque modo Christum habuit Herodes perinde ac fatuum, qui sibi nihil prouidus regis gratia, vbi maximè egisset, noluisse. Illudum igitur alba veste vt fatuum, (remisit ad Pilatum.) Conuincitur Herodes in necem Domini consensisse. Nam suæ ditionis hominem innocentem debuit absoluerè, non alteri iudicandum remittere. Hic denudè & Iudæorum ferocitas & Iesu patientia creuit. Nam Iudæi impatientes quod non quomodo voluissent obtinuerunt apud Herodem, in Iesum suam effundunt iram. Tu interim vide quanta est Iesu patientia, quantaque obedientia. Vnde de iudice ad iudicem missus, reditque remissus, vbi que accusatus, vbi que innoxius, à quibus ducitur nebulonibus. Imò non solum ducitur, sed à quibus trahitur: atque tener fatigatusque & viribus exhaustus impellitur, nec mirum eiusdem non aliter atque canibus sanguinem sitientibus. Hoc modo angelorum dominum regem vniuersorum, incretam sapientiam

reducunt, clamoribus & derisionibus omnes vicos implentes, atq; contemp-
tui Christum habentes, dum alij pugnis, alij armis percutiunt, alij irident, Reductio
Iesu ad Pila-
tum quam
fuerit op-
probriosa.

subannat ite multi, no pauci rident, du longior qua illufus incede-
bat, effret ve-
ftis: adeo vt super illa calcans, quia manibus ligatis nihil se iuuare poterat, Ie-
sus saepenumero cadebat. Comitabantur seniores Iudaeorum, & turba
multa vilium atq; leuiffimoru hominu, quoru nonnulli (vt eiuſmodi folet
hominu genus) lutum, ligna aut leuiffima quaq; alia in ipſum ieciſſe credun-
tur. Pauci qui Ieſu ærumnas miſerati, potiſſimè mulieres, in cordibus ſuis
gemebant, aut etiam taciti flebant. Inter hæc demiffo Ieſus capite, verecundus
atque quaſi reus omnium incede-
bat. (*Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in* Luc. 23.
ipſa die. Nam antea inimici erant adinuicem.) Forſaſe quod Pilatus aliquos
(vt volunt) iudicauerat, qui de poteſtate fuerunt Herodis. Sic modo quos
nulla potuit aut virtus aut iuſticia reconciliare conſenſus in Chriſti perfe-
cutione concordat.

Hic hora ſinitur prima, in qua articuli hi ſeptem ſunt meditandi: Primus, damna-
tio Ieſu ad Caipham in concilio. Secundus, ductio eiuſdem ad Pilatum. Tertius, eius
accuſatio ſtantis ante præſidem. Quartus, ad Herodem illius ductio. Quintus, Herodis
inueſtigatio, Ieſu ſilentium, ac Iudaeorum accuſatio. Sextus, Ieſu contemptus, atque
ab Herode ſibi in alba veſte facta illuſio. Septimus, ad Pilatum opprobriosa reductio.

Hic modò incipit hora Tertia.

Postquam ad Pilatum Dominus Ieſus redijt, videns Pilatus quod Do-
minum Herodes damnare noluerit, & forſaſe miſſa ab Herode ſimul
epiſtola ſignificabatur Ieſus magis fatuus quam mortis reus, tentabat
Pilatus Ieſum abſoluere, & pro eo laborabat vſque dum ſedit pro tribunali.
Nam quod illum ad Herodem miſerat, primus eiuſdem fuit conatus, aut
Ieſum liberum facere: aut ſaltem, ne ſuper innocente cogeret iudicare, ſei-
pſum eripere. Verùm quia hæc via nihil neque Ieſu profuit liberando, neque
ſibi de Iudaeorum importunitatibus excutiendo, aliam qua Chriſtum libe-
raret, aggreditur viam: Siquidem (*Pilatus conuocatis Principibus ſacerdotum &
magiſtratus & plebe, dixit ad illos: Obtuliſtis mihi hominem hunc quaſi auertentem* Lucæ 23.
populum,) ſcilicet ab obedientia regni. (*& ecce ego coram vobis interrogans, nul-
lam cauſam inuenio in homine iſto ex his in quibus eum accuſatis: ſed neque Herodes,*)
qui tamen inſidiatus fuerat eidem ante eius captiuitatem, (*nam remiſi vos ad
illam, & ecce nihil dignum morte actum eſt illi. Emendatum ergo illum dimittam.*)
Quaſi dicere veller: Cauſam non habet mortis homo iſte. Verùm ſcio quod
in iudicium ſibi apud vos comparauit. Vt igitur & vos ſitis pacati, & ipſe non
occidatur innocens, emendabo illum: hoc eſt, verberibus aut plagis affligam,
quo humilior poſt hac in oculis ſuis, ſtudeat vobis ſcũ redire in gratiã. Ad hæc
obſtabant vehementer Iudæi, pluribus accuſationibus obſtreperentes, pro-
Matth. 26,
pretea ſequitur: (*Et cum accuſaretur*) ſcilicet Ieſus (*à principibus ſacerdotum nihil
reſponſu.*) Neque enim tempus tunc erat defendendi, ſed patiendi, patientiã
que nobis exemplum relinquendi. Hoc enim ipſum Iſaias quoque propheta
Eſaiæ 53.
de illo prædixerat: *Tanquam agnus, inquit, coram tonidente ſe obmutuſcet, &
non aperiet os ſuum.* (*Pilatus ergo*) eidem compatiens, ſciensque ipſum facinorũ
Oo & præ-

- Marc. 15. & præterea innocentem, (*rursus interrogauit eum dicens: Non respondes quicquam? Vide in quantis te accusant.*) Quasi dicat: Quid taces, qui tantopere sapiens eloquensq; ab omnibus habitus es? Quare te non excusas, cum innocentiam præster animam, atque respondendi fiduciam? Cur ea que testificantur aduersum te, non refellis? (*Non audis quanta auersus te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum.*) pro hoc scilicet tempore, & ad has accusationes, (*ita vt miraretur præses vehementer,*) sciens Iesum vno se posse defendere verbo, atque omnes accusatores, si vellet, confutare. Itaque quomodo dictum est, quamuis Pilatus ex manibus niteretur Iudæorum liberare Iesum pro hoc, quod Iesum corripere atque punire, in mentem tamen mox illi subiecit, modus alius adhuc facilior. Nam (*per diem solennem consuenerat præses dimittere populo vnum ex vincis quem voluissent.*) Hac via meditabatur Pilatus Iesum liberare. Ided nondum rogatus, Iudæos admonet consuetudinis, vt liberandum petant. Vtrò igitur eos in huc modum affatur: (*Est consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in pascha.*) Olim antequam in manus Iudæi venisset Romanorum, propter celebrationem huius festiuitatis paschæ iucundioris, captiuos aliquos & mortis reos, absolutos, vita ac libertate donabant. At vtrò Romanis ubi fuere subacti, pro homine saltem vno impetrarunt privilegium, cui licet mortis reo, à præfide Romano vita donaretur. Huius itaq; privilegij eos Pilatus commonefacit. (*Habebat autem Pilatus vincum insignem,*) hoc est, malitia vulgatum. (*qui dicebatur Barrabas. Eratq; Barrabas latro, qui morat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem.*) Quamobrem exosus erat omnibus. Hunc Pilatus, propterea quod petaret quia nemo propter odium illius peteret vita donari, cum Christo proposuit, vt ex his duobus vtrum mallerent, vita donarent. Si enim nequiores aut magis habuissent exosum, cum Christo illum proposuisset, quo Christo liberando subueniret. (*Congregatis ergo illis, cum ascendisset turba, caput regis sicut semper faciebat illis.*) Hoc est, quomodo solebat nunc quoque faceret, donans aliquem illis ex vincis. (*Pilatus autem respondit: Quem vultis vobis dimittam? Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus?*) Alios habuit plures vincis Pilatus, sed hunc Barrabam, quia à cunctis odio habebatur tanquam sceleratior, ided cum Iesu illum proponit, sperans Iesum à turba Barrabæ longè anteponendum atque vita donandum. Neque enim tantum suspicabatur Iudæorum esse odium contra Iesum Pilatus, vt Barrabam Iesu præligerent dimittendum. Atque ided præueniens eos, interrogat: (*Vultis dimittam vobis regem Iudæorum?*) Quasi dicat.
- Ignominia vobis esset omnibus, referri, regem vestrum esse ad mortem iudicatum. Quod tamen etsi non foret, scitis tamen quia mortem nō meruit, quomodo alij vincis multi. Sed quia vos offendit, habeatur quidem sic quasi mortis reus, & vt, nisi propter vestrum privilegium & ad vestram vobis fuisset petitionem donatus, mori debuisset. Videtis Pilati prudentiam atque studium bonum, si hoc animo persenerasset. Primo excusauit eum dicens causam quare moriatur non habere: deinde conatur suadendo inducere Iudæos, vt si non tanquam innocentem velint illum abire absolutum, saltem sentiant vt quasi per preces & propter festum à morte cui (vt illi dicendum foret) fuisset obnoxius, sit liberatus. Quod vt facilius impetraret, odiosum Iesum

mul proponit latronem, quem multo minus sperabat quam Iesum à morte liberandum. Ideò postquam vtrunq; proposuit, pro Iesu mox hortabatur: *Vultis inquit, dimitte regem Iudæorum?* (*Sciebat enim quod per invidiam tradissent eum summi sacerdotes. Principes autem sacerdotum & seniores populi persuaserunt populo, vt peterent Barrabam, Iesum verò perderent, Exclamat autem simul vniverſa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam.*) Admirandum valde est, quomodo turba tam cito tamq; potuit leuiter mutari, quæ paulò antè maximo cum honore Iesum in ciuitatem introduxerat, sedentem super asino, nunc contra eundem clamat. Ante paucos dies clamabat: *Benedictus qui venit in nomine Domini: hodie iudici clamat, Tolle hunc & crucifige.* Vide quoque simul, ad quantam Iudæi displicentiam venerint Iesu, quanto ve odio eius tenebantur. Nam Barrabam suo exprimunt nomine, Iesum verò non volunt nominare, sed tantum clamant: Non hunc dimittas Pilate, sed tolle eum de medio, & dimitte nobis Barrabam. Sed de turba nihil mirandum. Quid enim non potuerunt impij Pontifices & Iudæorum prælati, qui suis mendacijs turbæ persuaserunt, Iesum esse blasphemum, hominem esse non à Deo, contra Moyſi legem docere, populum ab eo seductum esse, & contra rempublicam, dum Romanos ad indignationem prouocat, agere? Hæc turba mutabilis audiens, quid mirum si contra Iesum clamat? Tu meditare hic tametsi Pilati animus non fuit malus, propterea quod Iesu putabat id venire in suffragium, proponens tamen eum & quasi comparans cum latrone, vt è duobus vnum eligerent, quantum est Iesu per hoc factum opprobrium? Bone Deus, quid luci ad tenebras? quæ Conuentio Christi ad Belial? Quid Christo cum latrone? Vide in quantum educitur Iesus improprium latroni comparatus? Verùm adhuc illi contemptus accedit maior, dum latrone ad vitam electo, ipse non solum reprobatur, verùm etiam tanquam latrone vilior, sceleratior ac vita habitus indignior, postulat ad crucem. Vide præterea quanta Iudæorum fuerit erga Christum inuidia, vt quomodo Pilatus illum nominauerat cum Barraba proponens, ipsi neque Iesum, neque Christum, neque regem voluerint nominare Iudæorum, sed *tolle hunc*, inquit, qui iuxta illud Sapientiæ, *grauis est nobis etiam ad videndum.* Quid enim aliud est dicere, *Tolle hunc & dimitte nobis Barrabam*: quàm, *Tolle & perde hunc qui nostros resuscitauit mortuos: qui nostros languidos sanauit: qui peccatores saluat: patrij reconciliat: & dimitte nobis viuere Barrabam, serua latronem, defende homicidam, liberum abire sine hominem nequam & seditiosum?* *Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus?* (*Quid pro illo qui vestros sanauit infirmos, qui beneficia vobis multa præstitit rogatis, quando homicidæ & latroni tantum postularis beneficium? Meritò regi vestro & benefactori gratiam rogabitis, præstaturi etiam beneficia si petierit, quando Barrabæ vestro inimico aded fauetis? Si enim ad vitam seruandus est latro, quo est beneficio donandus, qui mortuos suscitatur? Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Quæ illi erit gratia, quæ retributio vestra pro illius beneficijs? Dicunt omnes: Crucifigatur,*) hæc est gratia quam illi optamus, hæc quam ei precamur retributio, hæc illi pro beneficijs futura est merces. Neque enim nobis id solum curæ est, vt Iesus moriatur, verùm etiam ignominiosissimo mortis genere vt interficiatur, volumus. Videte quid odium, quid faciat inuidia. Nam

Matt. 27.
Iesus latro-
ne vilior
habitus.
Lucæ 23.

Matth. 22.

Odium Iudæorum
contra Ie-
sum, quan-
tum.

Opprobriū
Iesu cum
latrone
comparati
quantum.
2. Cor. 6.

Sapient. r.

Matth. 27.

Lucæ 26

Lucæ 13.

Ioan. 28.

Matt. 27.

Ioan. 19.

si Christus (quemadmodum nimis impiè illum insimulant Iudæi) etiam fuisset blasphemus, haudquaquam tamen crucifigendum eum iussit lex, sed lapidandum. (*Iterum autem Pilatus locutus est ad illos, volens dimittere Iesum. Et illi succlamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertio dixit: Quòd enim mali fecit iste?*) putà, vt crucifigi debeat aut mori. Vestrum si est quis estis religiosi & præ cæteris hominibus Deum colentes, innocentem occidere meum verò hoc non erit licet paganus, aut sicut vos putatis, sine Deo sim, qui mortis non habet dignam causam, interficere. Proponite igitur vbi occidi commeruerit, aut vnde reus factus sit mortis. (*Ego enim nullam mortis causam inuenio in eo.*) tamen si fortè deliquit erga vos in aliquo, ego inultum hoc abire non sinam. (*Corripiam ergo eum & dimittam. At illi instabant vocibus magnis, & magis clamabant, postulantes vt crucifigeretur, & inualecebant voces eorum.*) Clamoribus & tumultu nituntur obtinere, quod via iustitiæ non poterant. (*Tunc apprehendit Iesum Pilatus, & flagellaunt.*) Non debuerat hoc Pilatus facere, vt innocentem flagellaret, licet accusantium ad hoc vrgeret improbitas. Quanquam enim pio id fecerit animo, vt Christum per hoc liberaret à morte, non tamen prorsus ab accusatione & peccato est liber. Quippe qui iudex erat & præses, potens absque afflictione absolvere vel contradicentibus Iudæis innocentem. Hanc Domini Iesu flagellationem vno verbo Euangelista transit: nos tamen non tam cito hinc debemus recedere, sed modum considerare flagellationis. Excesserunt enim nimis ribaldi, nebulosiq; vilissimi, qui Christum flagellabant, & supra quam ipsis Pilatus commiserat, cadebant, vel pecunia inducti à Iudæis, aut ex sua volentes malitia eisdem complacere, si miserabiliter Iesum laniarent, tractarentq; crudeliter. Itaque primò veste alba qua ab Herode fuerat illusus, alijsq; suis vestimentis exutus vsque ad carnem stat nudus Dominus Iesus, præ filijs hominum speciosissimus atq; virgineus.

Nudatio Iesu ad flagella quam fuerit illi grauis.

Nuditatem corporalem castis mentibus ipsa morte fuisse grauiorem.

Verecundiã aliaque virtutes, in summo gradu habuisse Christi.

Verum quantum grauaret animum eius verecundum hæc ignominia, & in conspectu nudaretur tot hominum impudicorum, non satis posset explicari. Quomodo enim pudicissimus Iesus non læderetur, quod nudaretur coram leuibus hominibusq; impijs, quando pudicissimis quibusque hominibus, maximè autem virginibus incorruptis, tanta sit pœna corpore denudari, vt non unquam hac ignominia leuiorem ferrent mortem. Legimus sanctam Agnetem, sanctamq; Barbaram, ignominiosè nudatas: sed hanc deprehendimus quoq; calamitatem morte illis fuisse grauiorem. Siquidem à morte nequaquam vt liberarentur, compertæ sunt aliquando orasse. At verò veterum à Dño protegeretur nuditas, deuoto corde & orauerunt & impetrarunt. Nam vbi à crudelissimis tyrannis nudatæ fuerant, Christus earum sponsus ipsas nobiliter stola cœlitus missa vestiuit, atq; ab impudicorum tyrannorum hominumq; aliorum aspectibus exemit. Et quamuis Dominus Iesus de mundissima fuerit carne immaculatæ Virginis ac matris sœ conceptus ac natus, nec contradictionem rebellionemve carnis vllam senserit, aut sentire potuit propter quam erubesceret, habuit tamen verecundiã pudicitiamq; quomodo reliquas habuit virtutes in summo ac perfectissimo gradu in se, eoq; perfectius, quo cunctis alijs virginibus pudicitior fuit ipsa, castior ac verecundior.

Nude-

Ad columnam Iesu ligatio.

Nudatum Dominum ad magnā alligauēre columnam, quæ fertur fuisse maior quam vt Christi brachia, quibus illam amplectebatur, potuissent coniungi. Vnde brachia Iesu chordis & fimbriis contracta & colligata sunt. Vide autem Dominus Iesus quomodo suam amplexatur sponsam. Certe nullus vnquam sponsus suam tanto desiderio amplectitur sponsam, quanto amore pro suæ sponsæ redemptione Christus sua extendit brachia ad complectendam columnam. Non caruit autem pœna etiam singulari hæc ligatio, quia dura fuit, atrox ac contumeliosa, Ligato Domino Iesu, acceperunt qui erant Dominum flagellaturi duo aut quatuor viri robusti, qui virgis ac flagellis & (vt quidam dicunt) vncis quibusdam ferreis, quos scorpiones vocant, innexis, Christum cædebant. Nam non solum carnem Domini tenerimam vulnerabant, verum etiam lacerabant. Flagellatoribus autem primis fatigatis, alij succedebāt robusti. O si quis cogitare cordeq; vulnerato posset expēdere, quāta Christo fuerit pœna in sui tenerissimi, nobilissimi, delicatissimi que corporis flagellatione. A planta enim *pedis vsque ad verticem capitis, nulla fuit Christo sanitas*. Nullus corporis eius fuit locus qui non vulneraretur. Aut enim vulnus erat fluens, aut plaga tumens, aut liuor dolens. Voluit enim in toto corpore suo nihil sanum nihil non vulneratum habere: quando quidem in suo corpore mystico pro quo patiebatur, nihil fuit sanum aut non vulneratum. Itaque crescente vulnere super vulnus, doloreque addito doloribus, immensus factus est Domini cruciatus. Auxit autem Domini Iesu pœnam tenerissima nobilissimaque Domini Iesu complexio, quæ citissimè atque vehementissimè pro sui nobilitate lædebatur. Dicunt nonnulli, tam crudeliter Christum in hac flagellatione tractatum, vt omnia eius potuissent ossa numerari. O si nobis daretur verè sentire in animoque, expendere, quanta fuerit pœna Iesu ad columnam ligati. Torus apparuit roseus & rubicundus, vbique per corpus eiusdem sanguinis fluentibus riuulis, qui fuerat candidus & speciosus, & cunctis illum amantibus, electus ex millibus. Vide quomodo sanctissimus quoque eius sanguis funditur, atq; sub pedibus concalcat, Soluta Domino Iesu à columna, cum præ debilitate virium vix stare posset, atque se reinduere vellent, iniqui quidam Pilato suggererunt, Iudeorum populum magis placādum, si vt rex ironice atque illusus coronaretur: idque & instè fieri, & optimè quadrare aiebant, quādoquidē se nominasset regem, responderetque tunc pœna delicto. (*Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in pratorio.*) Hoc est, in patientiore loco pratorij; hinc apparet, Iesum extra pratorium flagellatum, (*congregauerunt ad eum vniuersam cohortem.*) vt omnes interessent spectaculo ac ludo, quem cum Iesu agere contendebant. Primo igitur (*exuentes eum, chlamydem coccineam circunderunt ei.*) Hæc vestis erat antiqua & rubea, quam Iesu ad collū derisorie suspendunt, dicētes hanc esse purpurā regiā. Deinde (*plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius,*) & hanc diadema vocabant regium. Coronam aiunt fuisse de spinis marinis, quæ durissimæ atque rigidæ sunt vehementer, sunt etiam acutiores alijs spinis, ac profundius propterea penetrant. Aded autem rigidæ esse perhibentur, vt etiam si calcantur, calceos penetrent. Inde coronam fortasse non circumlarem, sed (vt quibusdam placet) quæ torum ambiret caput, plectentes ad modum pilei, Iesu caput eadem coronā operiunt, Ita autem operiunt, vt

Flagellationis Iesu modus quis.

Flagellationis Iesu pœna quanta. Esaiæ 1.

Cant. 5. Psal. 44.

Matth. 27.

Spinis cuiusmodi coronatus fuerit Christus.



hanc quoque capiti imprimant. Cogitet hic vnusquisque se, quomodo spinam vnā in robustiori validiorique posset membro infixam sustinere, p̄ta in manu aut pede. Quomodo ergo tolerauit Dominus Iesus tot spinas in capite, ante per noctem fatigato, tūso, casso, percusso, ac doloribus liuido? Verū ne regiæ quid deesset maiestati, dederunt ei arundinem in dextera eius pro sceptro, arundinem scilicet duram ac rigidam, Illudere autem per hęc omnia ipsi volebant, quasi temerario regiæ dignitatis inuasori & ei qui rorer ambitiosus cum omnium esset indignissimus, ab omnique honore & potestate sicut arundo, inanis & vacuus. His insignijs regijs vbi Dominum ornauerunt milites, veniebant ad eum, & derisoriē vt Deum adorabant, quod filium Dei se nominasset: deinde vt regem saluabant, Propterea sequitur: *(Et genu flexo ante eum, illudebant ei, & ceperunt salutare eum, dicentes: Rex Iudeorum.)* Illudebatur autem non solum à militibus, qui eum ducebant, qui nequaquam milites ex aliqua nobilitate, dicebantur, sed stipendiarij, pedesimique ac vilissimi carnifices, tortores ac ad exercendam propulsandamve erant violentiam ministri. Hi inquam qui Christum ducebant, simulque cū vniuersa cohorte hoc est, sui generis hominib. alijs pluribus aduocatis, Dño Iesu illudūt. Nā postquā adorauēre, & salutauēre, surgentes *(& expeditas incum dabant ei alapas.)* Tanquam vilissimam personam tractant Dominum maiestatis, quasi dicentes: Tu vilissime hominum, pannole & miser, num esse rex voluisti? Vnde tanta tibi præsumptio? Ecce coronauimus te regem, ecce te adoramus, ecce honor tuus & insignia, quibus dignus es, regia. Proh hominem te insanum ac stultum. Vnde tibi ambitio regiæ dignitatis, qui vt arundo totus es vacuus, inanis, miser & calamitosus? Videsne quantum præsumptio te decepit? Vides quo superbia te adegit? nempe huc, vt monstro quā homini appareas nunc similior. Hęc itaque dicentes, *(acceperunt arundinem, & percusserunt caput eius)* Baculum rapiunt arundineum, non fragilem, sed durum. caputque eodem reuerendum Iesu valida manu percutiunt & spinas vertici atque circunquaque eius capiti impellunt. Vide nunc quomodo ornatur Dominus Iesus. Conspuita enim madet facies, sanguineis riuulis de capite defluentibus, spuris ac phlegmatibus iniectis, sese cruori in facie miscens. Quo factum est, vt tota Iesu facies operiret immunditia, nec aliter atque leprosus appareret Dominus maiestatis. Heu quantæ contumeliæ, quantæ blasphemix, quam truces vultus, quam verba minacia inter opprobriorū aceruos, interque pœnas inexplicabiles ac cruciatus immensos sustinet pro nobis ingratis ac impijs Dominus maiestatis. Heu quem laudant angeli atque archangeli, ante quem tremunt virtutes & cœlorum potestates, quem dominationes adorant, in cuius quoque femore scriptum est, *rex regum & dominus dominantium.* Atque postremo, in cuius nomine omne genu flectitur, *caelestium, terrestrium ac infernarum,* illuditur, blasphematur, torquetur, & à viris ceditur totius malitiæ & iniquitatis. Vide Iesum vt agnum inter tot pœnas & cumulata impropria tacentem. Vide in oculis eius lachrymas, spinas in capite, in dextera arundinem, vulnera in corpore, in facie spura & alapas, & per genas amabiles sanguinem roseum defluentem. Vide & ingemisse, Accedenti plorans, & supplici corde eundem inter opprobria despectum, sed omnipotentem cœli terræque dominum, atque pro te hęc patientem adora.

Mirum

Matth. 27.

Matt. 27.

Apoc. 19.

Phil. 2.

Mirum est valde, quomodo perditissimi illi homines sic potuerunt crudeliter Dominum tractare, sic absque vlla compassione, tacentem, humilem, patientem, vt agnum mitem ac mansuetum affligere. (*Exijt iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoscatis quod nullam in eo inuenio causam.*) quasi dicat: Quamquam innocentem agnoscam, tamen vt fitis tranquillii, pro desiderio vestro eum affixi quantum potui. (*Exijt ergo Iesus, portans coronam spineam & purpureum vestimentum.*) Meditare quanta fuerit tristitia pijsimo cordi, sic miserabiliter afflictum ignominioseque illudum, suis se ostendi hostibus, quos in suis pœnis non ignorabat exultare. Itaque dum egressus cum Pilato fuisset Iesus, mirum quod stare potuit, nedum gradi. *Pilatus itaque (dicit eis: Ecce homo.)* quasi diceret: Videte hunc miserum, & condolete ei. Satiatur vel nunc animus vester in eius pœnis, quem adeo miserabiliter videtis afflictum. Si in aliquo vos offendit aut deliquit, ecce punitus est, & supra quam meruit castigatus. Videte pro verbis quam acerbissimas plagas, quamque cruenta vulnera ac verbera suscepit? *Ecce homo* non elatus imperio, sed ignominiosus opprobrio. Si illi, quia regem se dixit, inuidetis: iam saltem parcite, quia vt conspicitis, summè deiectus est, flagellatus, spinis coronatus, ludibriosa veste amictus, conuitijs amaris illusus, alapis cesus, toto corpore flagellatus ac vulneratus. Cesset ignominia, frigescat inuidia. *Ecce homo.* Vos incusastis illum quod iactasset se regem. Ecce quomodo humiliavi eum, quomodo attriui, quomodo affixi, vt non solū non regi nisi per illusionem sit similis, sed speciem quoque non habeat hominis. Placamini. Gernitis certè quid ei contulerit regij vsurpatio nominis. quid conduxerit ei desiderium regni. Ecce quam est ornatus regio schemate ac cultu. Quiescatis nunc. Non est vt amplius posthac timeatis quod sese exalter in regem. Aut ita: *Ecce homo.* Insipientiam vestram miror o Iudæi. Hunc timeatis regem? huic ne inuidetis, qui tam miser est & miserabilis, vt prorsus ei inuidere fas nō sit? Videtis ne quomodo expediti, quomodo illū tractati? speciem hominis non habet, rationali creaturæ apparet dissimilis, & vos timeatis eum vt supra vos se eleuet in regem? Sequitur:

Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri clamabant dicentes *Crucifige crucifige eum.* Quasi dicant: Pilate, quantumlibet afflixeris eum, nulla nobis poena sufficit vt placemur. Tunc enim solum nos videbis placatos, cum in cruce viderimus suspensum. Propterea aliud à nobis non habebis, aliud non audies, quam crucifige, crucifige eum. O quantum cor Iesu pijsimum afflixit hæc Iudæorum inuidia. Credēdi tamen sunt non omnes de turba hoc clamasse, verum paucos etiam ibi fuisse à Domino olim curatos, qui stenerunt præ compassione. Maxima tamen pars hominum clamauit. Omnibus afflictis, licet ante ira in illos desæuerit hostium, naturale est intuentium animos ad compassionem prouocare. Nemo enim tam iratus, vbi inimicū suum adeo viderit miserum & infirmum, adeoque ob sui gratiam humiliatum ac castigatum, qui vel misericordia non moueatur erga illum, & cuius ira deinceps non quiescat. Solus dominus Iesus nullam potuit mereri compassionem. Inexplebilis enim erat ira Iudæorum, insatiabilis vindictæ appetitus, & fitis impatientissima ad eius fundendum sanguinem, vtpote quæ nunquā deficere potuit, nisi Iesū viderent mortem, Heu pijsimam eius desolatam-

Ioan 16.
Ostenso Iesu miserabilis.

Iesus ad crucem postulat.

Ira Iudæorum inexplebilis.

que

- que matrem, cui hæc verba, *Crucifige crucifige*, gladius erat, ipsius cor pertransiens, itaque Iudæis clamantibus, (*dicit eis Pilatus*) stomachando & detestando: (*accipite eum vos, & crucifige*. *Ego non inuenio in eo causam*.) Iudæi videntes quia accusationes, quærimoniae priores nihil mouebant Pilatum, adducunt accusationes alias. Quapropter (*Responderunt Iudæi Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.*) In Leuitico habetur de eo qui blasphemat, lapidando. Et quia blasphemi illi peissimi Christum arbitrantur blasphemum, nihil ex lege sequeretur, etiam si non perperam iudicarent, quam ut lapidaretur. Quare igitur nunc o nequissimi Iudæi clamatis, *Crucifige crucifige*? Quamobrem illud genus ei mortis postulas ut crucifigatur? profectò non ob aliud, nisi quia ibi est mors acerbior, pœna prodecius, ignominiosiorque cruciatus. Scripsum est enim, Maledictum esse qui pendet in ligno. Inuidia vos sola torquet, idè ad summum se extendit omnis contus vester, ut Christum & fama spoliatis, simul & vita. Non vobis sufficit illum affligi, nõ vobis sufficit illum mori, sed vultis illum in pœna maximæ mul & ignominiosissima mori. *Pilatus cum audisset hos sermones, magnum timuit.*) Non timuit Iudæos, sed timuit illicitam se rem perpetrare, quod tam crudeliter Iesum flagellauerit. Timebat enim verum esse hoc, scilicet Iesum esse filium Dei, facile namque potuit hoc persuaderi Pilato, utpote viro pagano, qui multos credebat esse Deos. Nam etsi etiam verisimile credidisset, Iesum esse vnus verique Dei filium, nihil mirum fuisset: quandoquidem signa eius & miracula audierat magna, de quibus etiam scripsit ad imperatorem. Ne ergo magis delinqueret Pilatus, decreuit de hac re latius inuestigare: quod ut faceret liberius, (*ingressus est uerum in prætorium,*) adducto simul Iesu, (*ad quem dixit Vnde es tu?*) Nõ de patria querit, sciebat enim iam Galilæum esse, sed de parentum sciscitatur conditione, volens occasionem præbere amplius de eius conditione perquirendi. (*Iesus autem nihil respondit.*) Idè non respondit Iesus, quia se dimittendi noluit occasionem dare Pilato: quam certè deest, si respondisset, Conciliaisset namque sibi Pilati fauorem, vnde eius fuisset passio impedita, Alia quare Pilato Christus non respondit, ratio potuit esse quia quaestioni huiuscemodi si satisfacere voluisset Christus, supra caput ea quæ dicenda erant, fuissent Pilati. Nã frustra audiret de generatione diuina, & quomodo de Deo patre genitus sit filius, patri nihilominus coæternus cum nihil horum intelligeret. (*Dixit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris?*) Quasi dicat. Ineptam rem facis. Vides ne quantum pro te labore ma Iudæis recumèdo, & tu mihi non loqueris? (*Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?*) Instabatur aliquid ex potestate Pilati, ut pareret ad sui pertinere iniuriam, si sibi Christus non responderet. Veruntamen quid tu hic dixeris Pilate, attende. Potestatem dicis te habere liberam, sicut verum est, Iesum dimittendi. Iam tu ipse læpius pronunciaisti illum innocentem, nec morti villo modo obnoxium. Quare ergo illum, cum debeas innocentes absolueri, non dimittis? Quare, cum in tua situm (ut ais) sit potestate, illum dimittere, paulò post addicis morti, contra conscientiam tuam agens, contraquæ testimonium tuum sapius iteratum, quo certe eius reum mortis ipse fateris? An factum est ex iustitia, ut latronem dimiseris Christum occidi iusseris? Itaque sic gloriantem Pilatum præiurionis arguit

Responsum
cur non de-
derit Chri-
stus Pilato.

guit quoque Dominus Iesus, dicens: (*Non haberes potestatem aduersus me ullam, nisi tibi esset datum desuper.*) Hoc est, Nō glories, à teipso enim nihil habes, sed quicquid habes, à superiore habes, id est, aut Cæsare, aut potissimè à Deo. Potestatem omnem esse à Deo, Paulus quoque testatur, vnde propterea præ- Rom. 15.
 latis summopere est obediendum. Est etiam reuerentia atque honor eis debi-
 tus impendendus, quandoquidem à Deo sunt nobis constituti iudices anima-
 rum nostrarum. Sequitur: (*Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet.*) Ioan. 19.
 Pilatum Iesus non absque peccato esse insinuat, licet alij quam Pilatus graui-
 us deliquerint, tradentes Christum in mortem. Nam Iudas tradidit ex auari-
 tia, Iudæi ex inuidia, Pilatus verd ex humano timore. Meruebat enim à Iu-
 dæis apud Imperatorem accusari, atque suo ab officio deijci. Vides ne quo-
 modo pro se quidem Iesus tacet, pro Pilato autem, admonens illum peccati
 ipsius, loquitur. Nam quod dicit, eos à quibus Pilato traditus sit, grauius de-
 liquisse: subindicat Pilatum etiam, quamuis non aded grauius ut Iu-
 dæos, peccare, quod Pilatus quia vir erat ingenio præditus ac prudens mox
 intellexit. Sequitur enim: (*Et exinde,*) id est, ex illa causa, vel propter illa ver-
 ba, ne videlicet, peccaret, (*Pilatus querebat dimittere eum.*) Non dicit, volebat,
 quia iam non primo cœpit velle. Ante enim sapius volebat & tentabat libe-
 rare Iesum. At modo querit, id est, firmato animo in opus liberationis cona-
 tur, atque suum Iudæis studium manifestat. Propterea enim sequitur: (*Iudæi Ioan. 19.
 autem*) videntes Pilati firmatum propositum, conuersi ad minas, (*clamabant:
 Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit
 Cæsari.*) Ac si dicerent. Vide Pilate quid tibi faciendum, quove sit prospicien-
 dum. Nobiscum enim solum non habes agere.

Hæc res, hoc est, Christi absolutio, Cæsarem tangit. Nominat enim hic
 (quod toties tibi hodie inculcari non potest) se Christum regem. Dic modo
 tu, quid nobis ab Imperatore prohibitum, quid tibi sit præceptum: Nonne
 hæc in Cæsarem redundat iniuria, iactare se regem? *Omnis enim qui se regem
 facit, contradicit Cæsari.* Contradixit hic itaq; victus Cæsari. Nunquid tu
 dissimulabis? Si id feceris, inimicum te Cæsaris accusabimus cum illo. Scis e-
 nim quàm prohibuerit Cæsar id vehementer.

Hic hora finitur tertia, in qua hi sedecim articuli veniunt meditandi: Primus est
 accusatio discussioq; Iesu ante Pilatum. Secundus, cum latrone Iesu comparatio, e-
 iusdemq; tanquam nequioris refutatio. Tertius, denudatio Iesu ad flagella. Quartus,
 ad columnam Iesu alligatio. Quintus, Iesu flagellatio. Sextus, sanguinis Iesu effusio, ac
 sub pedibus conculcatio. Septimus, Iesu illusio in veste purpurea. Octauus, coronatio
 spinea. Nonus, ludibriosa arundinis in dextera Christi portatio. Decimus, adoratio de-
 risoria. Vndecimus, alaparum percussio. Duodecimus, consputio eius faciei. Tertiusde-
 cimus, capitis percussio. Quartusdecimus, rosei effusio sanguinis. Quintusdecimus, Iesu
 ostensio siue eductio miserabilis. Sextusdecimus, vt crucifigatur, postulatio cla-
 morosa. Hi articuli possunt pro tertia hora deuote
 meditari.

Pp

Inci-

Incipit hic hora sexta: hoc est, tempus quod inter horam tertiam & sextam potest mensurari. Quod videlicet tempus vel ob initium tertia, vel propter finem sexta potuit nuncupari.

Ioan. 19.

Iudæi igitur quia Pilatum sentiebant plus timere Cæsarem quam Deum, ided nisi acquiesceret satisfactorius petitioni suæ, hoc est, Iudæorum crucifigendo Christum, minabatur ei accusatos se illum apud Cæsarem, qui non posset respondere: quoniam certissimè illi quid Imperator veteris constabat. Atque ided minabantur ei per Cæsarem. (*Pilatus ergo cum audisset hos sermones, adduxit Iesum foras, & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur litibethos.*) id est, lapidum structura, (*Hebraicè autem gabatha.*) id est, collis siue sublimitas. Sedit pro tribunali Pilatus, quia exhibuit se iudicem, in loco sedem iudicij, Iesu adducto ante se. (*Erat autem parasceue.*) id est, præparatio ciborum, videlicet pro futuro sabbatho crastino, in quo coquere Iudæis non licebat, (*hora quasi sexta.*)

Marc. 15.

Alius Euang. qui crucifixionem scribit Dñi, dicit eandem esse factam hora tertia. Quomodo ergo crucifixus est hora tertia, qui iudicatus est (hoc est, qui ad mortem crucis damnatus est) hora sexta? Nunquid hora sexta tertiam præcedit? Dicendum quomodo Augustinus sentit, tempus illud medium inter tertiam & sextam, posse quidem tribui aut horæ priori, hoc est, tertia vbi incipitur, aut horæ posteriori vbi finitur, hoc est, sexta. Spiritu autem sancto ordinante factum est ut vnus Euangelista diceret Dominum crucifixum hora tertia, alius diceret sexta quasi hora Dominum stetit ante Pilatum: quo intelligatur, Iudæos clamantes id ante Pilati tribunal importunis vocibus ac minis impetrasse, quod milites post hora sexta opere perfecerunt: minus reos propterea esse Iudæos crucifixionis dominicæ voce, quam milites opere. Iudæi namque crucifixerunt Iesum dominum Iesum hora tertia, quia tunc eius crucifixionem clamoribus & minis importunis à Pilato impetrarunt: quod Marcus insinuans, tertia dicit hora Dominum crucifixum. Quod verò sexta quasi hora Ioannes ante Pilatum dicit stetit Dominum Iesum, intelligi vult, quomodo dictum est, tempore medio inter sextam & tertiam, à militibus crucifixum. Vide tu modo Iesu humilitatem, stans ante tribunal Pilati, ac iuxta eius voluntatem iudicandi. Quis potest autem sine dolore cogitare, Dominum cæli terræq; regem, qui est iudex viuorum & mortuorum, duci ante tribunal tanquam furem & malefactorem? Quis subicit tantam admirari mansuetudinem, ut is qui cælum, terram, mare, elementa & omnia quæ in eis sunt, creauit, stet ante tribunal tanquam malefactor, ut sceleratus, ut flagitiosus, & ut vita indignus?

Humilitas
Iesu stantis
ante tribu-
nal quanta.

Vide igitur Iesum verecundum stantem, ac si omnium quæ in se dicebatur, foret reus. Memor enim erat, quia omnium, hoc est, vniuersi mundi, in se receperat peccata. Ided etiam pro omnibus peccatis verecundiam acquegnominiam, ac si perpetrasset eadem, ipse sustinebat. Sedente igitur pro tribunali Pilato, & Iesu ante illum constituto, tentat adhuc præses si Christum queat liberare. Nam alloquens Iudæos, insipientiæ & vecordix, magis acce-

inuidiæ coarguit eos, dicens: (Ecce rex vester) Ecce quem timetis, hominem miserum & verecundum. Ecce infelicem: quid inuideris? nonne cernitis tam miserum, tamq̄ abiectum, vt si iactasset etiam se Christum aut regem verbo nequaquã tamẽ illi tantum adesse auxiliij, vt quouis modo id obtinere posset? Miror vos ad eò dementes, vt illum timeatis ne se leuet super vos regem. Ecce rex vester. Videtur ne bene vobis idoneus in regem? Nonne egregie illum coronauit? (Illi autem clamabant dicentes: Tolle tolle, crucifige eum.) Tolle eum ab oculis nostris. Neque enim possumus illum diutius videre. Quid verbis diu moraris? Quid sermonibus nos protrahis? Tolle eum de medio, crucifige. (dicit eis Pilatus) eorum inuidiam deridens: (Regem vestrum crucifigam?) Hoc est opprobrio vobis maximo. (Responderunt Pontifices: Nos non habemus regem nisi Cæsarem.) His verbis negauerunt Christum siue Messiam Iudæi, quem omnes Prophetæ prænuñciauerunt, & patres iusti expectauerunt magno desiderio. Renunciauerunt quoque libertati, & perpetua captiuitate sese Imperatori terreno subdiderunt. (Sedente autem Pilato pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi, & iusto illi, multa enim sum passa hodie per visum propter illum.) Diabolus qui olim genus humanum per mulierem in miseriam & damnationem induxerat, nunc etiam per mulierem, Pilati scilicet vxorem, eiusdem humani generis impedire molitur redemptionem. Licet enim ad persecutionem, ad inuidiam, atque ad parandam Christo mortem Iudæos instigauerat, videns tamen Iesu tantam mansuetudinem, tantamq̄ in pœnis patientiam, cepit suspicari Christum hunc esse, per quem è regno esset suo deturbandus.

Senferat etiam iam pridem Lazarum tanta se virtute, dum à Christo ex sepulchro euocaretur, ex limbo & captiuitate illa excutere, vt suam merito timeret tyrannidem Christi virtute ad nihilum redigendam. Perpendit etiam diabolus patres in limbo gaudio solito maiore exultare, qui (vt putatur) sentiebant ex resuscitatione Lazari Christum prope adesse, vt potè quibus iam effusi sanguinis Christi virtus robur, animum atque gaudium præbebat. Hoc itaque (vt dixi) perpendente diabolo, pœnituit eum sui consilij, quo Christum Iudæis ante persuaserat interficiendum: atque idè libenter iam ipsum, ne tyrannidem suam humani generis redemptione amitteret, à mortis instante periculo per vxorem Pilati reuocasset. Hanc enim somnijs tristibus ad eò diuexabat, vt ad maritum sedentem pro tribunali mox mitteret, admonens ne super hoc iusto mortis daret sententiam. (Videns autem Pilatus quia nihil proficeret,) pro Christi scilicet liberatione (sed magistumultus fieret) indignantis populi, & eadem continuò clamore repetentis: (accepta aqua, lauit manus coram omni populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis.) Quid profuit Pilato manuum lotio? Lauit quidem manus, sed conscientiam polluit. Nemo enim cogere illum potuisset, vt innocentem ac iustum damnaret: imò potius officium ac vitam debuit relinquere, quã contra suam conscientiam iustum morti adiudicare.

(Et respondens vniuersis populus, dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros,) quasi dicat: Quid times Pilate? Quid tibi cum conscientia illa foeminea? Sine mulieres timere, tu virum age. Quod si tu quoque absque timore esse nõ potes, nos sanguinem huius in nos recipimus. De manibus nostris & de manibus filio-

Ioan. 19.

Ioan. 19.

Matth. 27.

Vxor Pilati vnde mota loqui pro Iesu.

Ioan. 19.

Matth. 27.

Lotionem manuum Pilato nihil profuit.

Sanguis
Christi quo-
modo sit su-
per Iudæos.
Matt. 23.

Quomodo
Christi san-
guinem sa-
lubriter im-
precamur.

Sententia
mortis con-
tra Iesum a
Pilato data
quæ.

Marc. 15.
Lucæ 23.
Exultatio
Iudæorum
de damna-
tione Iesu.

Tristitia Ma-
riæ de filij
sui damna-
tione quan-
ta.

bus filiorum nostrorum requiratur huius sanguinis fusio quam tu tantope-
re magnificas. Hæc Iudæi clamauerunt, quid dicerent nihili pendentes. Ve-
runtamen quod sibi imprecati sunt, illis euenit. Nam Christi sanguis est su-
per eos, & de manibus eorum requiritur. Ided enim sunt ac manebunt milie-
ri Iudæi ac desolati, donec in fine mundi conuersi, respiciant & dicant: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Acceperunt enim super se in vindictam
Christi sanguinem. Nec solum in se, verum etiam (quod parentum est crudeli-
um) in filios suos, quos simul vltioni subiecerunt diuinæ. Obseruandum
quoque ea verba quæ Iudæi dixere, non absque magna temeritate impreca-
tes Iesu sanguinem, sibi imputari, nos posse, licet alio sensu, eadem verba sa-
lubriter vsurpare. Omnino enim Domine Iesu rogamus te, vt sanguis tuus
super nos veniat & super filios nostros, lauans nos à peccatis nostris, redimés
à captiuitate, saluans nos sua virtute. Pilatus igitur audiens Iudæos in se causam
interfectionis Christi recepisse, & sese (vt putabat) egregiè per manuum
tionem purgasse, quasi exterior illum simulatio coram Deo excusare possit,
cogitauit in Iesum dare sententiam. Existimabat enim Iudæos non quiesce-
ntur. Formidabat etiam in se ad indignationem imperatorem prouocari.
Aspiciens denique Iesum, vt vilem hominem paruicidebat, propterea quod
æstimaret eum non magnoperè curandum, aut à nemine requirendum tam-
etsi innocens occideretur. Imperato igitur per præconem silentio, iussit
omnes audire contra Iesum sententiam. Plebe igitur accurrente, & auscultan-
tibus omnibus in silentio, Pilatus in hunc modum dictauit sententiam. *Ie-
sum Nazarenum, qui contra decretum Imperatoris, filium se Dei & regem
nominauit Iudæorum, iussimus extra ciuitatem duci & cruci affigi.* Et hoc
est quod ab Euangelistis breuiter narratur: (*Tunc Pilatus volens satisfacere
populo, ad iudicatum fieri petitionem eorum,*) Voluit fauorem populi capere,
ided eorum petitioni morem gerit, quia *dimisit illis Barrabam* quem pete-
bant: *Iesum verò tradidit voluntati eorum.* Data hæc sententia exultatio fuit
Iudæis omnibus, qui Christi stiebant mortem, quod vel post grandes inu-
diæ labores, desiderium suum vt impleretur, obtinuerunt, præsertim dum
huius executio per ministros fieret Pilati, & ipsi haberentur innocetes. Verum
hoc ita erat apud cecos & stultos, non apud Deum. Erat autè & tristitia ingens
paucorum amicorum Iesu, potissimè autem matris animum damnatio hæc
filij secuit. Nam & verisimile est, illam in turba steterisse, quando palam Do-
minus eius idem & filius stans ante iudicem, vt malefactor sceleratissimus
ad mortem damnabatur, & sententiam audiuisse iudicis. Fiebat autem
tunc quomodo hodie (vt putatur) signum, vbi quispiam ad mortis supplicium
erat educendus, Hoc signum cum tuba aut buccina aut alio quouis mo-
do factum, ita creditur cor matris, vbi steterit, vulnerasse: vt non mirum fa-
isset, si in multa esset tunc frustra præ dolore diuisum. Heu quanta tristitia
fuit in corde pijsimi Iesu. Neq; enim non potuit vehementer dolere, propter
tantum mundi scelus in se perpetrandum. Vtrò tamen hanc sententiam ta-
quam de manu patris sibi impositam, acceptauit: & coram hominibus quibus
malorum esset omnium reus, verecundum se exhibuit.

Susceperunt autem Iesum milites, in prætorium reducentes, ibi enim sua
exuerat vestimenta. (*Et exuerunt illum purpura.*) hoc est, vestimento aut chila-
myde

myde illa rubea, quam in derisionem Domino Iesu loco purpuræ, quæ regia est vestis, circumdederant, (*Et reinduerunt vestibus suis.*) Dominus Iesus totus laceratus ac vulneratus stabat, & credenda sunt vulnera ei multa ex mutatione vestium, id est, dum hæc extrahuntur, illa induuntur, renouata. Fertur autem nudus in oculis se deridentium steterisse, atque vestes suas passim disiectas collegisse, atque seipsum induisse, Voluerunt autem Iudæi Iesum in suis educi vestibus, ad illius ignominiam. A turba enim & quibus erat notus in facie, iam non potuissent agnosci, utpotè consputus, cæsus, cruentatusque, nullam habens hominis speciem. Ut igitur ex vestibus cunctis fieret notus, & ex eius notitia ignominia quoque fieret ei maior cum euulgaretur quod Iesus ille qui à populo propheta magnus fuisset habitus, nunc tandem apud iudicem Romanum seductor atque flagitiosus fuisset inuentus, quamobrem educeretur cum sceleratis crucifigendus, suis eum reinduunt vestibus. Inter ea dum se vestiret Iesus, impij & filij Belial crucem parauerunt, quindecim (*ut nonnulli scribunt*) pedum in longitudine, Christo imponendam, Interim etiam per vniuersam ciuitatem rumor diffunditur, Iesum prophetam, inuentum & conuictum esse fallacem ac seductorem, propterea quoque damnatum, iam iamque educendum, Accurrunt omnes quasi ad spectaculum, & congregatur penè ciuitas tota. Nemo enim erat qui noller videre Iesum. Erat etiam turba ibi nimia, tunc præsens Iudæorum & gentium ex vniuersa Iudæa, propter festiuitatem Paschæ. Educitur itaque Iesus extra prætorium, vbi crux iacebat horribilis parata: quam videns Iesus, quomodo putatis non contremuerunt omnia viscera eius? (*Et suscipientes Iesum, eduxerunt eum. Exiit igitur Iesus baiulans sibi crucem, in eum qui dicitur Caluarie locum.*) Aduerte hic quanta Iesum suscipiunt indignatione, quo clamore, quibus iniurijs. Nihil enim omiserunt, quicquid vel ad penam, vel ad tristitiã ei exaggerandam fieri putabant. Postquam enim Pilatus data super illum sententia, tradidit eum Iudæorum voluntati, quicquid afflictionis, quicquid doloris, quicquid blasphemiarum, irrisionis ac infamiarum poterant excogitare, hoc illi faciebant citra omnem humanitatem, compassionem ac misericordiam. Vide quoque Saluatorem tuum tui amore & pro tuis sceleribus, onustum graui illa trabe crucis incedere, inter omnes illas derisiones, impropria, conuicia & verbera verecundum maxime, nihil loquentem, sed ut agnum mitissimum, quæ inferebatur ei, omnia sustinentem. Ibat autem Iesus sub cruce curuus atque depressus, gemebundus ac totus infirmus. Oes.n. vires eius præcedentibus passionibus ac poenarum fatigationibus erant exhaustæ. Quare mirum esset valde, animam quancunque absque lachrymis posse hanc Domini & ignominiam & calamitatem meditari. Procurauerant etiam Iudæi, ut Christus suam cogeretur crucem portare: quod tamen alijs duobus latronibus simul eductis, non est factum. Omnibus namque modis CHRISTVM cupiebant turpiter infamari, quo suam famam protegerent, & ut iustitiæ zelo egisse iudicarentur cuncta, quæ in Christum essent machinati. Ob hanc rem duos quoque simul cum Christo eduxere latrones necandos: quibus dum similis esset Iesus in poena, par etiam crederetur fuisse in scelere. Imò ut tanquam multo putaretur sceleratissimus omnium, ei soli imposuerunt crucem baiulandam, quasi præ ceteris nequiori. Nunquam ante vel interim visum, nunquam est auditum,

Marc. 13.

Vestibus suis cur reinductus, fuerit Iesus.

Crucis Christi longitudo.

Eductio Iesu ad Caluariam quantis facta iniurijs.

Crucem suam quam patienter portauerit Iesus.

Latronum associatio.

Crucem suā
cur solus
Christus co-
actus fuerit
portare.

Deut. 21.
Gala. 3.

Quæ & quā-
ta Christus
portando
crucem pas-
sus fuerit.

Sequentium
Iesum ani-
mus dissi-
milis.

Psal. 69.

Maxia quo-
modo filio
suo cruce
grauato
obuiauerit.

ut quis suum patibulum, quantusvis fur aut malefactor fuerit, coactus sit portare, præter Saluatorem nostrum, cui supplicium suum extra urbem portandum, ad sui infamiam ignominiamque, Iudæorum procurauit inuadia. Erat enim crucis lignum ignominiosum valde ac maledictum, quod Iudæorum nemo tangere voluisset, propterea quod scriptum fuit: *Maledictus qui pendet in ligno*. Sic educatur Dominus Iesus per medium ciuitatis, comitante infinita turba, quæ pauldante superioribus diebus in ciuitatem illum grandi introduxerat exultatione, honore, ac laudibus. Festinabant autem qui Iesum ducebant, atque eum progredi, qui vix ire poterat, vrgerebant. Ideo malleis percutiunt, funibus trahunt, pedibus illum protrudunt. Inter quas violentias cum manus haberet, non liberis & incuruatis sub cruce, vestimenta sua calcaret, cogebatur in terrâ cadere. Tradunt etiam qui humiliter scribunt, tam grauius Iesum corruisse nonnunquam sub cruce, ut sanguis ei per os & nares subito sub huiusmodi casu erumperet. In turba autem quæ sequebatur aut præcedebat, dupar dissimilisque inueniebatur animus: maxima enim pars erat super morte Iesu gaudentium ex odio, quam diu desiderauerant, diuque quæsierant. Hæ Christum in via blasphemabant, deridebant, calumniabantur, conuiciantes in eum. Inter hos etiam pars hominum quadam lutum & ligna ac humiliter alia in Iesum proieciabant: quadam cantabant in illum, quod ex Psalmis & prophetis facile potest manifestari. Ab his sequebantur Christum excusitate, cupientes eius videre finem. Existimabant enim eum cuius vita plena fuerat miraculis, mirabilem habiturum finem. Terrij qui Christum sequebantur, erant pauci amici, qui ei condolabant, atque gemitibus secretis comitabantur, nolentes ei in extremis abesse, quem viuentem dilexerant. Nemo tamen eorum se audebat manifestare amicum, nemo auxilium solatumve impendere. Inter quos erant mulieres, quæ magis sunt compatiuæ. Hæ liberius flebant. Hic credenda nequaquam est abfuisse eius mater virgo Maria, quæ vbi primum audiuit, filium suum ad mortem damnatum, festinauit quomodo potuit, adhuc semel illum ante mortem videre. Verum cum præ turba illi appropinquare non posset, fertur, sumptis secum Ioanne Apostolo, sororibus suis ac Magdalena, per iuneris præuenit compedium: vbi pijsimo filio quasi in faciem veniret obuiam. Igitur pia mater videns filium incuruatum, inter multaquæ suspiria sub longissima trabe crucis gementem trahi, magnoque clamore atque insultu impelli: vidensque faciem eius deturpatam, casam, conspuram, cruoreque oblitam, adeo ut hominis vix haberet speciem, penè exanimata est præ dolore. Potuit autem tunc nimirum pia mater querebunda cogitationi ad Deum patrem clamare. O Deus omnipotens, iste ne est filius tuus ac meus? Hæc pater æternæ, in tali specie eum ego non genui. Esto tu pater ei propitius, quia ego illum adiuuare non possum. Hunc autem matris dolorem atque tristitiam sentiens Iesus eiusdem cor per transeuntem, compatiebatur ei quoque ediuerso vsque ad mortem. Erant enim mutui aspectus duorum se vehementissimè amantium, quorum neuter alteri loqui præ amore ac dolore potuit. O quam libenter, si licuisset aut potuisset, domina nostra ac Iesu mater profilio crucem portasset. Quam desideranter id ipsum quoque feruentissima Christi amatrix Maria Magdalena fecisset? Verum quoniam hoc non poterant,

rant, saltem Christi sunt rosea vestigia secuta. Quocumque enim Dominus Iesus tunc ibat ex eius potuit vestigijs quæ cruenta post se relinquebat, aduertit. Itaque sequebatur mater filium, omnesque armorum strepitus & fremen- tium in saltus audiebat & voces.

Multum Christi tam animum quam corpus præ cæteris hoc iter affixit. Ex eius namque colligimus passionē, decem itinera Dominum ambulasse, postquam horum intraverat cum discipulis, in quorum quolibet singula- res sustinuit dolores. Primum fuit iter, quando captus ducebatur ad Annam. Ibi præter ea quæ in itinere sustinuit, passus est alapam à Pontificis mini- stro. Secundum fuit, quando ad Caipham ductus est. Tertium, postquam fuit illusus mane, ducitur denud in Iudæorum concilium. Quartum vbi ductus ad Pilatum fuit. Quintum iter est ad Herodem. Sextum, quando ad Pilatum remissus est in alba veste. Septimum, quando milites eum duxerunt in præto- rium flagellandum & coronandum. Octauum, quando ad populum Pilatus eum foras eduxit, dicens: *Ecce homo*. Nonum, quo ante tribunal ad sententiam recipiendam ductus est. Decimum est iter omnibus laboriosius, quo modo ad Caluarie ducitur locum. Legitur in quorundam deuotorum libris Dominus Iesus ex multis vulneribus in flagellatione receptis, & iam per lignum crucis graue, quod humeris eius imminabat, in vnum conuassatis, magnum inter scapulas habuisse vulnus, propter crucis longissimæ pondus: quæ super dor- sum eius iacens, ex indirecta via, & quia Iesus sæpe huc illucque impelleba- tur, continuò agitata, multa parua vulnera in vulnus vnum contriuerat. Hoc solet vulnus à deuotis pijsque hominibus venerari, quoniam sic cuidam legitur reuelatum, id officio aliquo deuotionis honorari, Deo valdè esse gratum.

Scrībunt quoque nonnulli, Dominum tandem ad eò defecisse viribus, vt sub cruce super quandam lapidem corruens, nequaquam vltra posset procedere. Vnde & nebulones illi nequissimi, qui ipsum ducebant, moti, licet eidē forent infestissimi cædendo crudeliter, miserabiliterque viribus destitutum tractando, cum viderent se non posse procedere, quantumlibet Iesum vrgerent, dederunt eidem auxilium. Siquidem nulla compassione inducti, sed ti- mentes ne in itinere sub eorum manibus, & quam vellent mitiori mortis gene- re moreretur, nec ad Caluarie locum perueniens pœnarum immanium crucifixionis fieret expers: (*exentes inuenerunt hominem quendam Cyrenensem, nomine Simonem, venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi.*) Hi dicuntur di- scipuli fuisse Iesu. (*Hunc angariauerunt,*) hoc est, coegerunt, (*& imposuerunt il- li crucem portare post Iesum.*) Simonem illum post Iesum portasse crucem, po- test bifariam intelligi, vel vt post dicat, ordinē temporis, verbi gratia, vt Iesus primus crucem solus portauerit: deinde ipso viribus deficiente, Simon postea per reliquum itineris solus quoque vsque ad Caluariam portauerit. Alio po- test etiam modo intelligi, vt simul cum Iesu crucem portauerit: sed ita crucis onus ambo simul diuiserint, vt Iesus præcederet, Simon sequeretur, crucis trabem eandem portantes. Poruit autem id eò quoque fieri vt Simonem angariauerint, quia nimirum feruenter Iesu sanguinem sitiebant Iudæi. Quam- obrem vt negotium accelerarent, coegerunt Simonem adiuuare in cruce portanda Dominum: qui viribus deficiens, vltra, solus præsertim, non pote- rat

Itinera de- cem quæ- nam in pas- sione sua Christus ambulauit. Ioan. 18. Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 22. Ioan. 18. Matth. 27. Ioan. 19. Ibidem Matth. 27. Marc. 15. Lucæ 23. Vulnus ma- gnum inte r scapulas vnde Chri- sto accide- rit.

Defectio Iesu sub cruce.

Matth. 37. Marc. 15. Lucæ 23.

Simonem post Iesum portasse crucem bi- fariam pos- se intelligi.

Lucæ 23.
Mulierum
lamentatio
& Christi
consolatio.

rat hoc,onus ferre. (Sequebatur autem illum,) vt supra cœperam dicere (multa turba populi & mulierum qua plangebant & lamentabantur eum) Recordabantur enim dulcium eius sermonum & gloriosorum operum quæ facere con-
fueuerat. (Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filie Hierusalem, nolite flere super me, sed super vosipsas flete & super filios vestros.) Nolite eo modo quo fletis, su-
per me plangere. Nequaquam enim periturus sum, tamen si moriar. Nam ego
viam, & vt vos quoque viuatis omnes, morte mea id faciam. Nolite flere super
me, hoc est, super innocentem mortem meam, qua vniuersum genus humanum
sum redempturus, sed super vosipsas, hoc est, super peccata vestra, quibus mihi
causam præbetis moriendi, flete: & super filios vestros, flete, qui ex odio mihi
hanc procurarunt mortem, quorum tempore opportuno inuidia malitiæque
haudquaquam impunita manebit, (quoniam ecce venient dies in quibus dicent,
Beate steriles & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt.) Hoc
est, Beatæ quæ suam duntaxat habebunt calamitatem ferre. Intolerabilior
namque erit eorum calamitas, quæ grauissima & incredibilia habebunt videri,
ac eadem pati tam in se quam in liberis suis: quocirca beatæ tunc steriles
habebuntur, propterea quod suam vnamque duntaxat coguntur ferre cali-
mitatem. Erit enim tunc tam grauis tamque grandis tribulatio, vt homines
tunc dicturi sint montibus, Cadite super nos: & collibus cooperite nos. Hoc semel
impletum est tempore Titi ac Vespasiani, qui licet (vt potest Rom.) alia inten-
tione Iudææ & ciuitati Hierusalem calamitatem excidiumque intulerint: su-
pra modum tamen, & ciuitatem & populum Iudæorum quomodo Christus
prædixit, Deo id in vltionem sanguinis Christi ordinante, vastauerunt. Ad-
huc autem semel complebitur, quando in fine mundi generalis omnium erit
persecutio, quia ne ipsi quidem nos cognouimus tempus visitationis nostræ.
Sequitur: (quia si in viridi ligno hæc faciunt.) hoc est, si in me & electis meis, in
quibus viror est bonorum operum atque vernantis charitatis, hoc contingit,
vt tanta habeamus pati, (in arido quid fiet?) hoc est, peccatoribus hominibus
ociosis, aridis ac infructuosis, quid eueniet? Si ego qui lignum sum viride at-
que arbor fructifera, tanta patior: quid patietur ligna arida, hoc est, qui nulli
boni operis afferunt fructum? (Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt
interficerentur) vt supra dixi, quo facerent Dominum Iesum magis signomi-
nosum, quo famam quoque eius tollerent: & vt horum nequam complex in
scelere putaretur Dominus Iesus, quibus foret in pœna socii, Iudæi hoc pro-
curauerant. (Et venerunt in locum qui dicitur Golgatha, quod est Caluarie locus.)
Fellea Chri-
si potatio.
Si Christus in itinere plano tantam angustiam tantamque sustinuit præfluræ,
quid passus est in montis ascensu? (Et dederunt ei vinum myrrhatum bibere cum
felle mixtum.) Partim id in afflictionem, partim in derisionem illudendo fe-
cerunt homines scelerati. Siquidem damnatis ad mortem, dare vinum aro-
maticum consuetudo erat quibusdam deuotis mulieribus, quo supplicium
tolerabilius ferrent confortati. Hoc vinum ipsi qui Christum ducebant cor-
quebantque, ebiberunt ad Iudæorum suggestionem, & aliud vinum pro Iesu
procurantes, quod mirrhatum erat, felle mixtum, eidem scilicet propinan-
dum, sicut scriptum est: Vinum damnatorum bibebant Et in Psal. Dederunt
in escam meam fel. Dederunt autem ei illud vinum bibere postquam ad mon-
tem peruenit Caluarie, illudentes. Quasi diceret. Iam fatigatus es ex itinere,
mul.

Lucæ 23.

Ibidem.

Fellea Chri-
si potatio.

Amos 4.

Psal 63.

multum laborasti, congruit tibi igitur vt refocilleris. (Et cum gustasset noluit bibere.) Quid necesse fuit Domino gustare, quum nollet bibere? An quia amarus erat potus, Dominus hoc nefciens gustauit: & sentiens felleam amaritudinem, recusauit: alioqui si dulcem inuenisset, bibiturus? Nequaquam. Ante enim sciebat quam gustaret, quid sibi propinaretur. Quod verò gustauit, fecit ad maiorem suam pœnam, nihil enim euitare voluit, quod sibi pœnam auferret. Gustum igitur suum voluit amaricari: quia non solum ea quæ foris infligebantur, sustinere voluit, sed etiam sibi ipsi aggrauandi pœnas & pœnas occasionem quærere, quo plenior fieret patri satisfactio pro nostris peccatis.

Matt. 27. Felleum potum cur Christus gustare non bibere voluit.

Vbi ad Caluarix peruenerant locum, (ibi crucifixerunt eum.) Vide quam breuiter narrauit Domini crucifixionem Euangelista. Sed cur putas modum suæ non fecerit crucifixionis Dominus ab Euangelistis scribi? Credo equidē, vt deuotis occasionem tribueret meditandi, & vt pro deuotione sua vnicuique sic vel sic daretur occasio cogitandi. In ijs enim eiusmodi quæ in scriptura non exprimentur, neq; scripturæ inueniuntur contraria, nihilque certi definitum est ab Ecclesia, licet absq; periculo cuius sentire hoc aut meditari, vnde ad maiorem vel compassionem, vel deuotionem se potest excitare. Cogite itaque deuotus, vbi ad locum supplicij ventum est quanta filiorum Belial fuerit occupatio. Nam alij foueam in quam crux stare debeat, parant. Alij clauos apportant & martellos: Quidam crucis faciunt foramina. Interea autem Dominus Iesus in omnium oculis, hoc est, coram vniuersa populi multitudine nudatur. Qui siue à seipso, siue ab alijs fuerit nudatus, non absq; vulnerum multorum renouatione, non absque multa sanguinis effusione, non denique absque doloribus atque nouarum id fieri potuit pœnarum acerbitate. Laneam namque vestem, vbi cumque vulneribus ceu agglutinata inhaerent abrumpere atque extrahere necesse erat: quare dolor nouus vulnerumque hiantium noua sanguinis effluxio sequebatur. Accessit & Christi cor verrecundissimum torquens nudationis ignominia: quia coram omni populo sic totus stabat nudus ac laceratus. Aduertendus est denique postquam fuit coronatus Dominus, sæpius exuisse reinduisseq; vestes, sed vbi in huiusmodi vestium mutatione corona manserit spinea, non exprimitur. Nam si manserit infixæ capiti dolorem haud dubiè magnum extractio hæc vestium etiã capiti intulit. Neque enim fieri potuit, vt vestes integræ & non scissæ super caput quomodo necesse erat extraherentur, absque coronæ spinarumq; motu, quæ caput pangebant: atque sic motæ, præsertim quando vestis dum extraheretur per caput spinis illis inhærebat, dolorem nouum ac nouam faciebant pœnam. At verò si corona spinea ante vestium extractionem de capite Iesu deposita fuit, atque post reposita: cogita quam ineffabilis hic Iesu maiorque fuerit cruciatus. Cogitandum est etiam, quomodo pia mater fuerit exterrita, vbi filium suum vidit nudatum eiusque corpus vulneribus ad eò plenum, vt nullus in eo foret locus à vulnere pœnæ alienus: quia etsi ipsum flagellatum sciret, si tamen fortasse illum nudum ante non viderat: eheu quam miserabilibus ac lachrymantibus illud corpus sic vulneratum, sic sanguine pollutum, sic liuidum, sic laceratum, oculis intuita est? Dum verò nudus staret Dominus Iesus in oculis deridentium atque se blasphemantium

Luca 23. Crucifixionis Christi modus cur non sit descriptus.

Crucifixionis Christi modus cuiusmodi meditando fit. Corporis Christi nudatio vulnerumque renouatio.

Corona spinea vtrum ante mortē Iesu deposita fuerit.

Mariæ filiū suum nudū vulneribusque plenum cernentis dolor quantus.



Nuditatem
filij sui Ma-
riam ope-
ruisse.

Crucifixio
Iesu lamen-
tabilis.

Extensio Ie-
su super cru-
cem grauis
& violenta.

Pedes Iesu
vtrum vno
duntaxat,
seu duobus
clavis affixi
fuerint.

tium, putatis ne matrem illius pudicissimam filij sui intellexisse verecundiam, eiusque propterea angustiam & cordis pressuram aduertisse? Ad eam enim nudus stabat Iesus, vt ne illi adesset quidem quo verenda sancta contingeret. Fertur igitur pia mater aut pannum, aut velum fortasse de capite suo aliarumve mulierum piarum sumpsisse, retroque accessisse filium, & illum circumligasse, aut fortasse pio seu honesto alicui viro pannum quo esset Dominus circumligandus, ministrasse: Gratum fuit nimirum Domino hoc ministerium. Sunt tamen qui Dominum Iesum vsque in finem vitæ & in cruce quoque nudum mansisse dicunt absque vlllo velamine. Sed verisimilior prima opinio habetur, quia magis congruebat ita ante oculos pudicissimæ matris Dominum velatum pendere. Interea dum crux parabatur tradunt Dominum Iesum super lapidem nudum sedisse, & non sine multo gemitu atque horrore naturæ lectum suum vltimum quo mori debebat, hoc est, crucem, foramina, clauosq; sibi paratos inspexisse. Circumstant autem illum impii multi, ipsum deridentes ac subsannantes, qui in eius gaudebant pœnis. Parata cruce cum rabie atque furore Iesum rapiunt, ad crucem ducunt, dorseteruntque, hoc est, retrorsum super crucem proiciunt. Super quam Dominus Iesus iacens, vtrò suas expandit ad crucis cornua manus, easq; clauo perforandas aperit. Primò namque vna manus clauo non multum acuto crebris malleorum ictibus perforatur, atque crucis affigitur ligno. Heu quantus hinc oritur dolor pio Iesu, quandoquidem clauus crassus obtususq; nervos qui in manibus colliguntur, transijt, vnde maxima oritur pœna: & cutem carnisque partem, quod nonnulli deuoti sentiunt, secum per ligni foramen transduxit. Porro cum altera quoque esset manus affigenda, inuentus est foraminis locus, vbi clauus debuit transire iuxta Iesu corporis mensuram minimè quadrare. Nimirum enim distabat foramen, quod altera non posse manus attingere. Quàm impijssimi tortores, vt pertingeret, applicatis funibus extenderunt, protraxeruntq; tam diu quousque memoratum ad foramen se equaret. Tunc eandem quomodo priorem affixere, manum. Fuit autem hæc pœna Domino admodum grauis. Nam adeò erat violenta hæc extensio, vt nerui venæq; rumperentur, soluerentur compages, iuncturæq; ossium in pectore alijsq; membris se iungerentur. Reuelauit Dominus quidam deuotus, in pectore tunc sibi maximam fuisse penam, acceptissimamq; sibi fore, si à pijs hominibus, pro hoc sibi gratiæ ageretur. Quomodo cum manibus fecerunt, ita etiam pedes extenderunt, vsque ad foramen ligni protrahentes. Sunt qui dicunt, Domini pedes non cancellatim sed duobus clavis diuisim esse transfixos, alij vno aiunt clauo ambos simul pedes & cancellatim affixos. Et ij rationem quoq; assignant, quod in crucifixione Dominus super crucem iacens, propter verecundiam pudicitiamq; crura pedesque cancellauerit, vt ita dixerim, quo naturæ absconderet secretiora. Tortores igitur ita pedes inuenientes, hoc est, alterum alteri superpositum, simul vno clauo (vt aiunt) illos affixerunt. Non parùm ad firmandam hanc sententiam facis horum opinio, qui dicunt Dominum Iesum absq; velamine atq; prorsus nude, ad sustinendam maiorem verecundiam cordisq; angustiam, pependisse. Porro qui clauos non acutos, sed obtusos, quibus Dominus est crucifixus, scribunt, & qui Domini carnem & cutem clavis in foramina crucis aiunt transducta, ipe-
hibent

hibent quoque in hac crucifixione Dominum parum sanguinis emisisse. Nā vulnera tunc ita sunt carne pellēq; cum clauo, qui eisdem secum in lignum transduxit, oppleta, vt sanguinis propemodum ibi nihil posset effluere: sed plagæ intumescerent, atque sanguis venarum loca discurrens, quæret egressum, vnde pœna Christo maxima inferebatur, donec cruce in altū erecta, atque corporis Christi pondere ad inferiora se submittere, vulnerib; manuum ac pedum inde factis amplioribus, sanguinum riuī laxaretur in abundantia per crucem descendentes. Cæterum ea vulnera quæ in flagellatione receperat Iesus, per corporis extensionem ampliata ac renouata, copiosum sanguinem propinarunt. Inter erucifigendum cum Dominus super crucem iaceret, extendereturq; ad eodē quomodo Propheta prædixit, vt orania eius potuissent ossa dinumerari, in silentio ad patrem orans, hæc similia dixit: Pater sancte, pater æternæ, suscipe sacrificium hoc quod tibi offero pro humani generis redemptione, in omnium peccatorum mundi satisfactionem. Neque enim tibi sicut in lege, vitulorum carnes, nec aliorum animalium sanguinem, sed carnem meam, animam meam, sanguinem meū & vitam meam offero. Trigintatribus annis & vltra laboraui, te pro tuis & pro ijs quos dedisti mihi, continuè rogauī, mundo prædicans. Hanc semper horam expectaui, hanc desiderauī crucem pro redimendis peccatoribus, pro saluandis animabus, pro cælo aperiendo. Ideoq; rogo te (inde quæ sequuntur, alta voce orabat) (*Pater, dimitte illis, Non enim sciunt quid faciunt.*) Hoc primum est verbum, quod alta pronunciauit Dominus voce in cruce, hoc est, dum crucifigeretur. Sed interrogandum est, quare dum tantos patere dolores Christus, omnes tacuit, nullumq; est conquestus, sed quasi peccatum solum se crucifigentium torqueret, hoc verbum primo & palam emisit. Respondendum, patientibus hoc solere euenire, dum in varijs tenentur pœnis, vt primum potissimeq; de illa pœna conquerantur, quæ intolerabilior diriorq; est reliquis. Hoc modo Christus etiam fecit, quo intelligeremus Christi pœnam hanc fuisse maximam, quia pro peccatis doluit hominum: & cum inter peccata maxima hoc vnum ac ferè præcipuum fuit Christi crucifixio, filijq; Dei occisio, id eodē pro hoc peccato tanquam pro grauiori vehementius doluit Christus, ante omniaq; ad patrem pro eodem orauit. Neque enim pro peccatis nostris pœnas tantum illis debitas, verum pro eisdem etiam animi dolores, contritionem atq; tristitias assumpsit: ita vt pro maioribus peccatis maiorem dolorem internum, pro grauisimis maximum suscepit. Ostendit igitur vehementissimum adesse sibi dolorem pro maximo peccato. De hac Christi oratione quam fuerit necessaria, dicit Bernardus: Nisi Christus sic orasset, totum genus humanum non fuisset redemptum propter indignationem Dei patris in homines: quia filium suum ad eodē viliter, adeoq; inhumaniter tractauerunt. Hanc satis ostendit indignationem, quod cælum & mundi lumina conuersa sunt in tenebras, petra scissæ, serpentes creatori suo: & nisi Christus orasset, omnia periissent. Hoc tamen intelligendum est, si iuxta commercia, & quomodo tunc mundus fuisset dignus, iudicare aut punire voluisset pater, creaturæ omnes haud dubiè propter tantum scelus in Dei filium patratum, periissent. Sed tempus erat quo voluit Dominus non

Psalm. 21.
Oratio Iesu
dum crucifigeretur.

Verbum
Christi
primum.
Quæstio
cur pro crucifixeribus
potius orauerit Christus.

Pœna
Christi maxima
quæ fuerit.

Bernardus.
Oratio
Christi in
cruce quam
fuerit necessaria.
Matth. 27.

iudicare, sed saluare mundum. Quod vt perficeret, tam iuste quam misericorditer volente diuina prædeterminatione, orauit Christus pro crucifixoribus suis: non pro ijs tantum qui manibus, sed & qui vocibus, qui prauis moribus, qui peccatis suis Dominum crucifigunt.

Oratio Iesu in cruce quibus profuerit, & quibus non. Matth. 27. Ioan. 19.

Lucæ 23.

Matth. 23. Act. 2. 4.

Gemitus & dolor Mariæ in crucifixione filij quantum.

Eleuatio crucis Iesu eiusque in foramen demissio lachrymabilis.

Lucæ 2. Marc. 15. Ioan. 19.

Marc. 15. Esaia. 53.

Infamia Iesu quantum cor eius afflixerit. Ioan. 19. Tituli super scriptio.

Iterum hic posset quis obijcere, oratione Domini non potuisse non exaudiri, verisimile tamen non esse, omnes fuisse conuersos, qui siue manibus, siue machinationibus suis contra Dñm egerunt. Respondendum, in illa turba multos ibi fuisse, qui Dñm ex lege non cognouerunt esse Messiam, sed pro legis zelo motos, atque ad pontificum instigationem, contra Dominum clamasse ante Pilatum: eosque eius virtute orationis conuersos, vel tunc quando eorundem nonnulli audierunt Dominum orantem, vel vbi Dominus Iesus expirauit, quando multi tundentes pectora sua, dicebāt penitendo. *Verè filius Dei, erat iste*, aut quādo misso Spiritu S. ad prædicationem Petri tria millia & quinque millia hominū sunt conuersi. Pro ijs itaque Dominus orauit, qui fuerunt electi à Deo Patre. Nam fuerunt alij qui visis tot Christi miraculis, intelligentes præterea scripturas, non potuissent ignorare Dominum Iesum esse Messiam ac Christum, nisi iudicium eorum inuidia excæcasset, qua nihil boni de Christo potuerunt cogitare. Illis non profuit Christi oratio, nisi mutati, sese redderent idoneos quibus prodesset. Considerandus quoque hic memor est & gemitus Virginis matris sub crucifixione filij. Nā quamuis fortalè videre non potuit propter turbæ compassionem, filium suum iacentem super crucem: audiuit tamen voces & fremitus tortorum, audiuit etiam timuitus & usque malleorum super clauos Domini manibus insigendos, qui certè tenerimum eius cor penetrabant. Nunquam ietum audire potuit aut tantum, qui animam eius non vsque ad mortem vulneraret. Facta crucifixione, acceperunt milites crucem cum Domino Iesu desuper affixo, atque funibus illam ad foueam vbi erigi deberet, protraxerunt non aliter Dominum ac bestiam tractantes. Quo cum peruenissent, magnis clamoribus in altum crucem erexere, vexillum vtique saluationis nostræ. Eleuatam cum Domino Iesu crucem, dum super foueam aut foramen ad hanc aptatum tenent, subitò in idem foramen cadere sinunt, tam validè, vt omnia Christi membra tremere, eiusque interiora concuterentur. Tunc laxatis vulneribus clarorum, velut quatuor riuis, sanguis de corpore Iesu per crucem terram rigantur, emanat. O quid sensit tunc pijsima eius mater, ad tam triste spectaculum in altum eleuans oculos. Heu Simeonis gladius quam miserabiliter eius tunc virgineum cor secuit? (*Et cum eo crucifigunt duos latrones, vnum hinc, & alterum illinc*,) id est vnum à dextris, alterum à sinistris eius (*medium autem Iesum*), quasi eorundem principem ac antesignanum, hoc est, quasi in sceleribus patrandis insigniorem ac præcipuum. (*Et impleta est scriptura quæ dicit: Et cum iniquus reputatus est.*) Iudæi ubique tractabant, quomodo Iesum infamia ignominiaque afficerent. Vide iam si tam chara honesto est viro sua fama bona, vt pro ea seruanda aut non temeranda nonnunquam vitam periculo exponat, quam putatis dilectam Christo suā fuisse famā, idque merito, vt pote quā seruare debuit propter nos? Dum igitur tam innocenter infamia afficeretur turpi, putat eius cor pijsimum non fuerit afflictum? (*Scriptum autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem super caput eius causam ipsius scriptam.*) id est, causam quare

quare crucifixus fuerit Iesus, continentem. Consuetudo hæc erat Rom. crucifixis causam superscribere qua supplicium commeruisset. (*Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus rex Iudeorum.*) Iesus proprium erat Christi nomen, Nazarenus à Nazareth, ubi conceptus fuit & vixit, dictus. Rex Iudeorum, causam indicat crucifixionis. Ideò enim quia rex & Messias, Christus & saluator quoque est noster, propter nos saluandos passus est se crucifigi. Quod Pilatus breuiter indicat, dicens: Rex Iudeorum, hoc est, ideò est crucifixus, quia rex est Iudeorum. (*Hunc ergo titulum multi legerunt Iudeorum, quia prope ciuitatem erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraice, Græcè, & Latine.*) vt diuersarum linguarum quicunque transiret, posset legere. (*Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudeorum: Noli scribere, rex Iudeorum, sed quia ipse dixit rex sum Iudeorum.*) AEgre ferebant Iudæi quod fecerat inscriptione huiuscemodi Pilatus. Vnde iniuria habebant erubescere, quod eorum rex esset crucifixus. Hoc enim ex descriptionis modo quem Pilatus dictauerat, ita intelligebatur. Quapropter Pilatum arguentes nitebantur impetrare, vt mutato titulo ita scriberet, vt causam crucifixionis Domini quisquis legeret, non cogitaret illum fuisse regem Iudeorum, sed propterea magis esse crucifixum, quod cum non esset, dixisset se regem Iudeorum. Timebant enim se ex hoc titulo, vituperio ac ignominia affici, quã libètiùs in Christum iecissent, volentes eum haberi tanquam superbum & ambitiosum ab ijs qui titulum hunc legerent. At Pilatus indignabundus, atq; veritate & Spiritu sancto (licet ipsemet nesciret) confortatus, noluit Iudæis vt titulum corrumpere mutare vt, ac quiescere, sed dixit: (*Quod scripsi, scripsi.*) id est, manebit fixum & immutabile quod scripsi, indicans Christum esse regem Iudeorum, nec morte etiam illi Iudæos hoc nomen & imperium posse extinguere. Hic est titulus sub quo omnes Deo militant deuoti Christiani. (*Milites ergò cum crucifixissent Iesum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partem.*) Hinc licet aduertere, quatuor fuisse præcipuos milites, qui Domini fuere tortores. Hinc etiam conijci facile potest, milites illos homines fuisse pannosos, vilissimosq; nebulones, qui nihil non audebant pro quæstu, pro fauore, & qui pro fragmine panis quoque perderent iustum, (*& tunicam,*) vestibus diuisis adhuc tunica restabat diuidenda (*Erat autem tunica inconsutilis, de super contexta per totum.*) Hanc tunicam à matre Iesu perhibent factam tempore eius infantia, atq; semper creuisse cum Domino Iesu. Hæc est etiam tunica, cuius simbriam tangens mulier hamorroissa, patiens sanguinis fluxum, curatur. (*Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed fortiamur de ea cuius sit, vt scriptura impleatur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt.*) Quod milites Christo hoc fecerint, non solum propterea fecerunt, q̄ homines erant miseri, crudeles ac vilissimi, maximeq; inhiantes ad lucrum: verum etiam propterea quod Christo voluerunt illudere. Quasi dicerent: Hic potens est rex, hic omnes ditabimur ex præda. Nemo expers sit regiarum eius diuitiarum. Regalia eius vestimenta primum diuidamus. Sequitur. (*Et milites sedentes, seruabant eum:*) ne quis eum de cruce tolleret. (*Et stabat populus expectans.*) Bona pars populi, ex curiositate cupiebat Iesu finem videre, propterea quod putaret aliquid noui in eius morte accidere, præsertim si verax & Dei

Ioan. 19.

Vestium Iesu diuisio.

Matth. 9.

Ioan. 19.

Palm. 21.

Matth. 27.

Lucæ 23.

filius esset. Inde enim & Iudæi & pontifices Iudæorum moti fuere, qui ex lege Dominum Messiam cognouerunt, & tempus aduentus Messie viderunt impletum, licet inuidia eos fecerit dubitare, vt iuxta illud Sapientie: Contumelia & tormento interrogemus eum, si enim filius Dei est, liberabit illum: pœnas acriores Christo adhibuerunt, vt est multorum opinio, explorare volentes an Dei esset filius: putabant enim si Dei esset filius nequaquam illi sineret Deum mori: sed liberaret. Porro si non liberaret, falso sibi arrogasset diuinitatis nomen: & propterea non peccassent ipsi tunc, qui mortem illi procurassent.

Sapient. 2.

Matth. 27.
Blasphematur Christus a præter euntibus.

Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vbi qui destruis templum Dei, & in triduo reedificas salua te ipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum, illudentes ad alterutrum cum scribis & senioribus, dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in Deo, liberati si vult. Dixit enim, Filius Dei sum. Illudebant autem ei & milites, dicentes: Si tu rex Iudæorum, saluum te fac. Mirum videtur, quomodo illi homines, imò non homines, sed filij diaboli potuerunt tam esse crudeles contra Dominum, tamque feroces & non humani, quod in tantis pœnis mitissimo improperauerunt beneficia sua. Fecerant iam in eum quicquid potuerant: & cum omnem quam poterant, sui furoris vim in illum effudissent, aded vt pœnarum nihil quod in eum non fuisset expensum, amplius potuisset excogitari, persequuntur lingua, illudentes, improperantes & blasphemantes. Nunquam legitur tam seuerum fuisse iudicium, nunquam tanti malefactorum, quibus vitauerunt damnati ad mortem, non sit compassio exhibita. Itaque quando cunctis alijs sit misericordia & compassio, quando parricidis & scelestis hominibus sit allocutio humana, pietatisque ostensio in extremis vitæ, soli Christo redemptori ac benefactori maximo, nulla sit compassio, nulla humanitas, nulla benignitatis misericordieue commonstratio.

Beneficiorum Christi exprobratio.

Quod verò etiam contra omnem est pietatem, beneficia ei exprobrantur: quandoquidem aliud nihil, quod obijciant, habent. Alijs quidem, si exprobraretur, criminosis, quæ flagitia patrassent, obijcerentur. At vero quia delicta nulla habuit Christus, beneficia eidem exprobrantur. Compatere videtur Christo, qui pro beneficijs suis maximis, & ab alijs quibus benefecit, patitur exprobrationes, inuersiones, blasphemias, derisiones, iniurias: idque eo tempore, quo nec sceleratissimo cuique amplius improperantur crimina. Accedit quod pro eisdem qui sibi hæc irrogant, paulò ante ad patrem orauerat, pluris faciens eorundem salutem, pro qua orabat, quam suam passionem quam patienter sustinebat. Cogita quomodo pijsimum cor Iesu penetrarunt hæc blasphemias, hæc derisiones, hæc conuitia exprobrantium. Scit quantum calamitosos ac miseros grauat, si nullam in suis ærumnis sibi viderint exhiberi compassionem: multo magis autem vulnerantur, si etiam derideantur, aut si illis non credatur. Hæc enim derisio inuestioque quæ sic miseris, nonnunquam plus cruciat, intumescitque affligit, quam ipsa præcipua quam patiuntur calamitas. Attende tamen quam stulta eorum fuerit irrisio: exprobrant illi, in alios quam ostenderat virtutem, qua sanauerat infirmos, depulerat morbos, demones eiecerat, suscitauerat mortuos. iam verò ne sibi ipsi qui-

Blasphemia ista quomodo cor Iesu penetrarunt. Iusto Iudæorum quom fuerit stulta.

quidem aliquid conferre possit. Non possit enim de cruce descendere, & ex tam grauibus se pœnis liberare.

Cum ergo sibi ipsi subuenire nequeat, cui maxime praesumendus est bene velle, inferre volunt, ergo omnia reliqua quae visus est egisse miracula, non fuisse vera miracula cum Deo facta, quia si vera fuissent, nullo modo nunc deesset ei Deus, quando ipsemet auxilio maximè eget diuino. Sed stulta fuit hæc Iudæorum (vt dixi) obiectio. Multo enim maiora fecit miracula, si miraculis credere vellent Iudæi, quam vt de cruce descenderet. Num maioris fuit difficultatis, iubere clauos exilire è manibus atque pedibus suis, quam Lazarum quatruiduannum mortuum ac sepultum reuocare ad vitam? Falsa igitur & mœdacio plena est eorū promissio qua dixerunt: *Descendat de cruce, & credimus ei*: quando quidem multo maioris virtutis miracula viderunt in eo, quibus tamen non crediderunt. Certissimè est enim tenendum, si credituros sciuisse Iudæos Dominum, qui omnium futurorum æquè ac praesentium certam habet cognitionem, pro salute illorum confestim descendisset de cruce, alio tempore denuò pro nobis crucifigendus. Nam si miracula attēdere eius voluissent, maius fuit miraculum, quod ignorare non potuerunt, mortuum sepultumque clauso & signato rediuiuum prodire sepulchro, quam adhuc viuentem de crucis descendere ligno. Modo credant, quia ex morte resurrexit Iesus, clausum exiens sepulchrum: quod ipsi quoque sepulchri custodes tacere non potuerunt, licet vt tacerent, data fuisset illis à pontificibus pecunia. (*Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei.*) Hoc de vno intelligitur, qui Iesum blasphemans, ab altero increpatur. Propterea alius dicit Euangelista: (*Vnus autem ex his qui pendeabant latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac te ipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quia in eadem damnatione es.*) scilicet crucis & mortis? ac si diceret: Vides ne te esse damnatum ad mortem, quomodo Iesum, & in extremis vitæ constitutum, & neque adhuc times Deum? (*Nos quidem digna factis recipimus.*) hoc est, nos culpas iuimus nostras, recipientes supplicium peccatis nostris debitum: quamobrem iuste patimur. (*Hic vero*) Iesus, (*nihil mali gessit.*) Nihil propter quod crucifigi, aut mori debeat, commeruit. O fidelem confessorem Domini. Petro ante ancillam ostiariam negante, hic palam in cruce Christum confitetur, O pœnitentem humilem. Nihil habuit liberum præter cor & linguam, & vtrunque Christo dedicat. Sequitur enim: (*Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei dum veneris in regnum tuum.*) Quasi dicat: Quanquam tuus populus te negat regem, ego tamen te regem non ambigo: scio quomodo sis rex, & cuiusmodi sit regnum tuum. Pateris iam quidem nobiscum abiectissimam durissimamque mortem, veruntamen citò venies ad gaudium & regnum tuum. Memento mei cum bene tibi fuerit, & profic mihi quomodo consors tibi fuerim in pœna, vt aliquando esse quoque tecum particeps merear in lætitia. Mirari nimirum quis posset, quomodo in cognitionem Iesu venerit hic latro, vt ad eò illuminatus Christum palam confiteatur, viris Apostolicis à Iesu fugientibus. Respondendum, vt putatur, hoc accidisse, quia Dominum audierat paulò ante pro inimicis & suis crucifixoribus orantem: viderat quoque eum tam molesta, tamque graua ad eò mansuetè, ad eòque tranquillè sustinentem, vt ne motu

Ioan 11.

Matth. 27.

Matth. 28.

Matth. 27.

Lucæ 23.

Latronis confessio & conuersio.

Latro vnde ad cognitionem Christi venerit.

signove

signove vno quidem, vel indignationem, vel impatientiam ostenderet. Audiuit eum à prætereuntibus blasphemari, sed æquanimiter tacere, nec vllum exprobrantibus respondere verbum. Audierat quoque quod ad blasphemiam alterius latronis, conuiciantisque verba, humiliter taceret. Idè aduertit adiutus diuino lumine innocentem Iesum, & plus in eo esse quam simplicem, purumve hominem, qui iniquè tractaretur. Idè sui petiuit haberi memoriam, dum ex pœnis Dominus Iesus liber venerit in suum regnum. Paratus igitur, & ad misericordiam maximè pronus Iesus, mox illi maiora atque postulauerat promittit, quomodo sequitur. (Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.) O quanta est misericordia redemptoris nostri.

Luca 23.
Verbum
Christi secundum,
quanta misericordia.

Neque enim latroni dixit: Vade sciscifer, totum consumpsisti tempus in malitia, tanto tempore mihi contraria agens, me contempsisti: & nunc in extremo cum vita deficit, me inuocas? Nec dixit: Ieiunabis in pane & aqua tot diebus, alioqui te non recipiam. Nò etiam respondit: Ad centum annos manebis in purgatorio, latrocinia tua expiaturus, antequam te recipiam. Nec impotentia concitatus: In tanta, inquit, ipse amaritudine sum & afflictione, vt neque matri, neque amicis hic astantibus, aut valedixerim, aut sim locutus adhuc. Sed quid ergo dixit? Amen dico tibi, &c. hoc est. Quia toto ad me conuersus es corde, amen dico tibi hodie mecum, &c. Pijssimus Dominus spem cunctis dare voluit pœnitentibus, vt nemo veniam desperet, quando in extremo vitæ latroni pœnitenti paradisum promisit. Veruntamen videtur vnusquisque peccator, ne pœnitentiã conuersionemque suam differat vsque ad finem: quia in omni scriptura sacra Canonica non legitur, nisi de hoc latrone, qui in fine pœnitens saluatus sit. Loco enim miraculi refertur, sicut & merito habendum est, vbi conuersionem ad vitæ vsque extremum quid differens, tunc primum pœnitet, quando amplius peccare non potest, vt hæc pœnitentia sit vera quæ hominem saluet. Nam pœnitentia quocunque tempore fuerit, si tamen vera est, infallibiliter Deum reddit propitium, etiam si in extremo, qui pœnitet, constitutus sit spiritu. Sed rarissimum est valde, in fine veram obtinere pœnitentiam, eos videlicet, qui dum sani sunt, nolunt conuerti ad Deum, pœnitentiam semper differentes quandiu peccare possunt. Horum certè, si Hieronymo alijsque sanctis doctoribus creditur, vix millesimus saluabitur: non quod eorum, aut cuiuscunque pœnitentiã Deo non recipiatur, sed quod vix tunc vera quomodo esse debet, pœnitentia inueniatur. Pœnitent enim tunc omnes & boni & mali: veruntamen longo interuallo distat, pro peccatis suis quempia dolere ex charitate, quod Deum offenderit: & dolere ex timore tantum, quod pœnas sibi cõparauerit æternas. Hic enim dolor non iustificat, illi verè hominem & saluat. Propterea qui securus esse vult, doleat, pœniteat, conuertatur dum valet, dum adhuc potest peccare: quia hæc pœnitentia salubris est, peccatum detestari ac in se persequi cum possit amare, atque in ea peccati detestatione perseverare: non illuc differre pœnitentiam, quando amodo non liceat viuere. Qui enim tunc à peccato vult cessare, quando non datur ei vltra viuere, ille non peccatum relinquit, sed potius ipse relinquitur à peccato. Ille inquam non relinquit peccatum, sed tempus peccandi deserit, pœnitetque tantum coactus, quia supplicium peccato debitum sibi comparauit: inde enim plus dolet, quam

Pœnitentiã
& conuersionem non
esse differenda in finem.

Pœnitentia ad mortem vsque dilata cur raro sit vera.

Pœnitentia salubris quæ

VI
31

quia Deum offendit, Nemo ergo delinquat super misericordia Dei, credens se pro voluntate sua velle peccare, atque iterum quando sibi placuerit, dolere. Nemo enim salubriter poenitebit, nisi is, cuius cor diuina gratia visitauerit: quæ an in fine vitæ tuæ te visitauerit, omninò scire non potes præsertim cum in vita dum sanus eras, toties te visitauit, toties te excitauit, toties ad cordis tui pulsauit ostium, sed tu intromittere eam noluisti. Timendum igitur est tibi, quia quum deberes, non cognouisti tempus visitationis tuæ: ne quædo iam ingruerit vltima necessitas, & tunc ibi occurrerit dolor, ibi sollicitudo, hæc timor, illic etiam spes diuturnioris vitæ animum tuum obsederint, relinquatur domus tua deserta: vt quæ tunc agere deberes, non possis: quandoquidem quum potuisses, noluisti. Certum est tamen & firmum, nulli de venia desperandum, quocunq; etiam poenituerit tempore: sed omnino misericordix Dei confidendum, si tamen propterea doleat poenitens, quod offenderit Deum, arguens & damnans semetipsum, tanquam eum qui in Deum suum impiè egerit. Sequitur: (*Stabat autem iuxta crucem Iesu*) Maria (*mater eius, & soror matris eius Maria Cleopha, & Maria Magdalena.*) Alijs solet esse afflictis atque in poena constitutis consolatio, si præsentis habeant secum amicos quibus confidunt. Veruntamen aliter Domino Iesu contigit. Neq; enim ad consolationem illi accessit matris suæ præsentia: quin potius ad poenam, cordisq; afflictionem maiorem. Inde enim tanta est illi poena, præter eam quam alioqui in se patiebatur, addita, propter matris dolorem compatientis, vt dura etiam corda in lachrymas potens sit commouere. Dicit itaque Euangelista: *Stabat iuxta crucem Maria mater eius.* Beatissima virgo Maria, quæ vniuersas supergreditur creaturas, in qua nullam contingit inueniri maculam, in qua nullum est vitium, nullum peccatum, nullus defectus, nihil obscurum, nihilq; imperfectum, quod mente semper steterit, nulli potest esse ambiguum. Meritò tamen hoc tempore stetit dicenda est, quando Apostolis omnibus de Christo dubitantibus, quando Ecclesiæ columnis in fide nutantibus, ipsa sola fide constans perseverauit. Quamuis enim Dominum viderit morientem, nequaquam tamen hæsitabat quo minus eundem tertio crediderit die resurrecturum. Hoc dum certissima teneret fide, nihilominus tamen vt pia mater vehementissimè condoluit filio. Passio enim filij, quam oculis corporis præsentem cernebat, tantum in ipsius corde excitabat mœrorem, tantum dolorem, vt nihil pro hoc tempore possit cogitare, nisi ea quæ in sensibus tunc versabantur, hoc est, quæ videbat & quæ audiebat, & quæ in cruciatum atque opprobrium sentiebat agi filij sui. Quod autem sola beata virgo Maria filio fide plena & constans astitit, subindicat in persona prophetæ Dominus, dicens: *Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum.* Non dixit. Non est homo mecum: quia mulier vtriq; nihil nutans, sed constans in fide, sub cruce illi licet quomodo dixi, non ad auxilium, sed ad instrumentum astitit. Stabat etiam, tam corpore, quam animo erecto: quia in hac maxima sua turbatione, in hac tanta compassionis mœstitia ac dolore, quibus omnia eius interiora dissecabantur, & dum ante oculos suos cernebat, vnde gladius animam eius continuus transibat, cruciatusq; morte dirior eius sauciabat: nihil tamen non modestum, nihil quod virgineam dedeceret disciplinam, nihil denique quod fœmineam non commendaret honestatem,

Lucæ 19.

Matth. 13.

Desperandū nulli poenitenti de venia.

Ioan. 10. Matris filijque mutua compassio.

Quomodo dicatur Maria stetit.

Esaia 63.

Mariā tam corpore quā animo erecto stetit sub cruce.

R r quam

quamuis doloribus supra modum nimis obrueretur, egit. Nunquam enim virginalis fuit oblita pudicitia, nunquam foemineae honestatis immemor, nunquam denique a resurrectionis fide adeo aliena, ut eiulatum, vocem, more se in compasione sua alios, quam virginem decebat maturam, ostenderet. Propterea fuit eius dolor tanto acrior, quo secretior, quo ve intimitatem, quem clamoribus, eiulatibus, alijsve signis non audebat pro muliebri vercundia quomodo caeterae solent, manifestare. Fit enim hac manifestatio, quae tristis clamore, gemitu ac voce pressuram alijs quaeritur suam, plerumque

Mirum esse quomodo Maria stare potuerit.

in solamen patientis, qua beata Maria carebat. Mirum est autem, quomodo beata Maria post & inter tantas afflictiones stare potuit. Quicquid enim Dominus Iesus tota nocte & die illa passus est, ipsa tamen non corporeis oculis, in spiritu tamen vidit. Nihil enim minus, sed clarius multo quicquid in scriptura sacra habebatur de sui filij passione, beata Maria intellexit, quam Prophetae, aut ij qui ea scripserunt. Nihil propterea Christus in corpore est passus, quod ipsa non pateretur simul in spiritu. Vnde mirandum videtur, quod non centies corruens pra dolore, tegero eius corde rupto, mortua fuerit, nisi quod diuina fuit virtute ad patiendum maiora, seruata. Saepe numero enim licet mortem non sentiret, morte tamen dolore experta est acerbiorum. At

Interrogatio ad beatam Mariam.

vbi stetit haec pia mater? iuxta crucem, inquit Ioannes. Virgo sanctissima, virgo innocentissima, mundi domina, regina Angelorum, quid tibi & cruci quid facit pudicissima virgo sub crucis patibulo? quid templum Dei, quid de- git arca Trinitatis in loco cadauerum? O rem inauditam, reginam caeli, misericordiae thalamum, in loco inueniri suppliciorum, vbi nequam interficiuntur? Non absque ingenti est ratione o Domina, ut ibi inueniaris, vbi puniuntur latrones. Aliquem praestantem, aliquem permagnum, aliquem charum tibi habebas necesse est, cuius te dilectio illuc intinuerit. Dominum, inquit

Responsio Mariae,

Maria) meum, Deum meum, creatorem meum, meum sponsum, meum vni- genitum hic habeo, quem virgo concepi, quem virgo & sine dolore genui & miramini cur in Caluariae monte inueniar? Hunc enim in cruce cum viderem extensum, cum viderem laceratum, vulneratum cum intuear ac cruentatum, & ab vniuerso mundo eiectum, derelictum & persecutum, quomodo ego quae eius mater sum, ab eo recedere possum? quomodo illum possem derelin- quere, quem infantem dulciter lactavi, quem puerum sedulo nutriti, cui mi- nistravi adolescenti, quem sequuta sum praedicantem, quem vidi gloriose potenterque miracula facientem? Merito astas o domina creatori tuo, mater filio. Ipse enim vnicornis ille est, iam olim sanctorum patrum desideris si- tigatus, qui tandem cum seipsum ultra continere non posset, virginis tuo gremio captus est. Quomodo te ergo pra omnibus elegit creaturis in matrem, quomodo posthabuit omnibus, ad te solam venire, pudicissimo tamen viro tuo

Compasio Mariae erga filium quanta

capi voluit: sic ediuerso nunc quando ab omnibus derelictus est, dignum vi- detur, ut vicem reddens, ei licet sola, adstes. Charissimi, si quis expendere cupit, quanta fuerit compasio piensimae matris, expendat primum quantum dilexit mater filium. Tantum enim pro eo doluit, quantum amavit. Haec enim certa est regula, tantum enim pro re amissa, aut amittenda dolere, quantum rem amauerit ipsam: tantum item condolere patienti, quantum diligat patientem. Doluit igitur Maria vehementissimè de Christi morte, quia feruentis-

simè diligebat eius vitam. Cogitationem enim de eius resurrectione futura, præfens quod ante oculos habebat spectaculum, & quem sentiebat mæror tunc absorberat. Dilexit autem beata Maria filium suum, non solum plusquam reliquæ matres suos amant natos, verum etiam sola plus quam omnes simul amant, dilexit filium suum. Habuit enim multas rationes Iesum diligendi. Prima, quia quantum ipsa ab eo diligebatur, non ignorabat. Cuius certè amore filij erga matrem præminentia, dignitates, gratiarum virtutumque perfectiones & prærogatiuæ, quibus ab eodem se inuenit honoratam, atque præ omnibus electam, commonstrabant. Sciebat itaque omnibus hominibus cunctisque cælestibus spiritibus se plus à Domino amari: quare non potuisset eundem non redamare, etiam super omnia. Alia fuit ratio amandi: quia ipsa sola perfectè agnouit, quis quantumve, hoc est, quantæ maiestatis, quantæ dignitatis, quantæve esset excellentiæ & bonitatis ipse Dominus Iesus, utpotè immensus, infinitus, omnipotens & Patri coæternus. Sciuit præterea quam obrem pateretur, hoc est, prorsus innocens, ex amore, & pro alienis peccatis. Tertiò, etiam naturaliter plus quam reliquæ matres diligunt, amabat. In alijs namque filijs, parentum amor diuisus est in patrem. Quia verò in terris non habuit Iesus patrem secundum carnem, Maria igitur amorem vtriusque habuit parentis, id est, tam patris, quam matris: idè dolorem quoque habuit vtriusque. Iam cogitate quia Dominus Iesus sciebat suæ angustiam matris, quanto eius cor dolore vulneratum putandum est, quia eam sic propter se vidit affigi, quia vidit cor eius sua passione transfuerberari, & quia illam habebat relinquere desolatam, quæ nunquam displicuerat, nunquam offenderat, semperque fidelissimè sibi adhæserat. Quod verò ad stare illam pius voluit filius, ut antè dixi, non ad suam consolationem, sed ad maiorem sibi afflictionem id voluit. Augere enim sibi ipsi voluit penam per matris præsentiam, quo copiosiore pro peccatis nostris Patri redderet satisfactionem. Quapropter inspiciens matrem, semetipsum torquebat. Respectus quoque à matre quoties ipse fuit, tot vulnera, tot punctiones gladiorum, tot denique cruciatu matris in eius cordi imprimebat. Itaque cruci immobiliter affixus Iesus, dum nihil haberet liberum nisi oculos & linguam, de vtroque, quo præceptum de parentibus honorandis impleret, voluit obsequium impendere matri. Idè sequitur. *(Cum ergò vidisset Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.)* Quasi dicat: O mulier, Ego à te recessurus sum: ne orbatam te filio relinquam, pro me suscipe in filium Ioannem. Et tu Ioannes meam matrem accipias in tuam, hoc est, ita illi seruias, ita cures, ita illius agas sollicitudinè, ita diligas, ac si tua foret mater. Dicit quis: Quare filius pijsimus tam seuerè loquitur matri, nominans eam non matrem, sed mulierem? Quare non dicit: Pijssima mater? Respondent sancti & doctores, in hoc tenerrimæ Christi voluisse parere matri. Nam si familiarius dulciusve illi fuisset loquutus, puta dicendo, Charissima mater, cor eius præ amore iuxta ac dolore ruptu fuisset, quod eiusmodi tantumque filium tam ignominiosæ morti traditum amitteret. Quamuis autem beatissimæ Virgini accepta foret hæc sollicitudo filij, potuisset tamen non iniuria querulari ac dicere. Heu cuiusmodi hæc est commutatio cognatum recipere pro filio, discipulum pro magistro, filium

Diligendi Christum quasnam habuerit Maria rationes singulares.

Compassio Iesu erga matrem cõpatientem.

Exod. 20. Commentatio matris Ioan. 19. Verba Christi tertium.

Mulierem cur vocauerit matrem suam Christus.

Passionem
Christi ag-
grauantia
quæ.

Nobilitas
naturalis
complexio-
nis in Chri-
sto quanta.

Intentio
Christi pati-
entis quæ.

Passionis
Christi mo-
dus & causa
quæ.

Bernardus.

Passio Iesu
cur doloro-
sissima fue-
rit.

Zebedæi pro filio Dei. Heu quale est hoc cambium. Sequitur: (*Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.*) Hoc est, in sua custodia, atq; cura, tanquam matrem. Hæc dicta sint breuiter, quantam cordis tristitiam sibi axaggerauerit Dominus, per matris præsentis atque sub cruce astantis præsentiam. Exaggerata est autem & aggravata Domini Iesu passio multis etiam ex causis. Primò namque creuit ex naturali complexione corporis, quæ in Christo oblicatissima, nobilissima atque tenerrima fuit. Christus namque ex virgine natus sine humano semine, sed virtute Spiritus sancti obumbrante, nobilissima fuit complexionis. Quanto autem complexio fuerit cuiuspiam nobilior, quanto tenerior, tanto erit læsio eiusdem quoque acrior & sensibilibus. Dolor enim pro corporis & complexionis nobilitate atque teneritudine citius sentitur, atque pœnosius toleratur. Videmus enim dolorem in oculo olique membro tenero, multò grauius sentiri, quam si foret in calcaneo firmis dolor aut alio membro robusto. Secundò aggravabatur Christi dolor intentione, hoc est, voluntate facisfaciendi. Inde enim maiorem sustinuit dolorem, quia pro omnibus dolere ac satisfacere iuxta æquitatem voluit: quæ certe dolorem eius omnibus doloribus mundi esse maiorem, erat necesse. Tertio Christi dolor aggravabatur ex passionis modo. Si enim patienti causam modumq; attendis, inuenies primò, quia nullam habuit rationem causamve pro seipso, sed pro alijs ex charitate & gratis patiendi. Pro ijs enim patiebatur, qui erant inimici, & quos fore sciebat ingratos. Deinde si ignominiam passionis ac mortis eius intueris, atq; simul expendis, quod cum honorabilissimum sit omnium, sustineat tamen maximè ignominiosa, sustineat vilissimis, & pro vilissimis, & cum vilissimis, in vilissimo quoq; loco videbis quanta illi ignominia, quantave pœna præ cæteris vndecunque exaggeratur. Quod pulchrè beatus Bernardus, dum vilissima quæq; cum dignissimis componit in Christo conuenientibus, admirans exclamat. O opprobrium hominum, & gloriam angelorum, ô humilem & sublimem Deum, ô altissimum & nouissimum virorum, ô Iesum Dei filium, tam viliter in humanitateq; tractatum. Ipse siquidem rex regû & dominus dominantium, vilissimo fuit precio pro nobis venalis expositus, à ribaldis vilissimis vilissima quoque passus, in loco vilissimo suspensus, crucis supplicio traditus, cum latronibus vilissimis sociatus modoq; vilissimo tractatus. Dominus etenim Deus, tanquam malefactor capitur: tanquam fatuus Dei sapientia irridetur: tanquam homicida, hominum vita morti damnatur, tanquam latro, mundi Saluator crucifigitur: tanquam vermis vilis, Deus summus abijcitur, conspuitur & conculcatur. Tertio eius passio fuit dolorosissima. In omnibus enim membris passus est, & in omnibus sensibus singulares habuit dolores. Nam in capite passus est coronam, in facie alapas & sputa, in manibus vincula, in pedibus simul ac manibus clauos, in corpore vniuerso flagellationem: vnde nihil sanum fuit in toto corpore, quin foret aut tumidum, aut liuidum, laceratûve, aut vulneratû. Passus est denique in sensibus, puta in auribus derisiones, cõuicia & blasphemias, in oculis velatione & lachrymas, in olfactu spuri putore, lociq; Caluariæ & cadauerû fetore. In gustu, fel & acetû. In tactu per totum corpus flagella, colaphos & verbera. Passus est præterea Dominus Iesus in fama atq; honore, quæ Iudæi infidijs perquam dolosis ei auferre machinabantur.

bantur. Passus est in rebus, quæ ad usum illi vehementer erant necessariae. Nā spoliatur vestibus, qui vestit omnia. Fit nudus adeoq; pauper, vt ne in firi quidē maxima vna habeat aquæ guttā. Accessit nihilo secius passionib. Iesu grauamē ex tēpore, quia tēpore sacro atq; maximē festiuo est passus, quādo alijs erat hominibus commune gaudium. Ex ætate, quia in florida corporis iuuentute vitam amittit. Ex suæ passionis & infirmitatis manifestatione. Coram enim populi infinita damnatur, nudatur, crucifigiturq; multitudine. Ex altantium impia crudelitate: omnium enim misericordissimus, nullam sentit sibi fieri misericordiam, nullam compansionem, sed in pœnis quoque derisiones, blasphemias, impropriaq; audire cogitur. Ex persequentium ingratitude. Patitur enim ab electa, sed ingrata nimium gente: quippe cui innumera largitus fuerat beneficia, pro quibus non solum nullas gratias recipit, sed etiam pro beneficijs malē audiuit. Ea enim quæ populo illi Iesus contulerat in salutem, eadem ipsi rursus ei vertunt in contumeliam. Dicunt enim: *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.*

Fuerunt quoque alia rationes, vnde Christi grauior acerbiorq; facta est passio. Nam vulnera habuisse fertur quinquies mille, quadringenta, septuagintaquinque: quorum omnium singulorumq; sentit dolorem distinctum. Aliter enim in Christo fuit, aliter nobiscum sentientibus pœnas varias. Christus tametsi mille haberet pœnas, quamlibet harum sentit aded distincte, ac si solam hanc habuisset. Nos vero si in multis habemus locis partibusve corporis dolores, illum qui præ cæteris granat, & omnium est infestissimus, conquerimur, huncq; præcipuē sentimus, aded vt aliorum omnium penē obliuiscamur. Itaque Christus omnes sentit pœnas & singulas, quod ei singulare erat, eiusq; passionem propterea maximē aggrauabat: nobis enim non ita accidit, vt singulos, & singulatim sentiamus dolores nostros. Sed vnum tantum vel aliquos qui potissimē affligunt, quorum aut cuius cruciatus sæpenumero tantus est, vt illo seuiente, minores interim pœnæ non sentiantur. Adde iam quod Christus non solum in exteriori est passus homine, verum etiam in interiore, cuius multo fuit pœna tristitiaque maior. Si enim in monte Oliueti passio sua tantum præmeditata, sanguineum illi exculsit sudorem, quid fecit exhibita? Afflictus igitur in anima fuit pro matre, pro discipulis, pro suis electis, & pro obstinatis peccatorib. qui nō erāt passionis suæ fructum recepturi. Vnde dicere illud Bernardi poterat: O homo, vide quæ pro te patior: non est dolor sicut quo crucior. Ad te clamo, qui pro te morior. Vide pœnas quibus afficior. Vide clauos quibus confodior. Vide lachrymas quas pro te fundo. Vide spinas quibus affligor. Vide sputa quibus confundor. Et cū sit dolor tantus exterior, intus tamen planctus est grauior, dum tam ingratum his te experior. Quarto, Christi passio fuit dolorosissima præ omnibus alijs patientibus. Multa licet Martyres sancti passi sint, variaque, habuerunt tamen etiam consolationes, quibus à Deo confortati, potuerunt ferre. Porro Christus nullam in inferiori homine habuit consolationem, qua dolorem leuius ferret: quia in inferiorem hominis partem nihil consolationis diuinæ redundauit, quo leuius ferret quæcunque pertulit. Pater enim, quo ad hoc, consolationem filio subtraxit, atque ipsum in ariditate atq; diuolatione maxima dereliquit, vt infirmitas humana ac naturalis in

Marc. 15.

Vulnera quot habuerit Christus. Pœnas aliter sentisse Christum atque nos.

Dolores Christi interios externos exterioribus fuisse maiores. Luc. 22. Bernardus.

Passio Christi cur omnium martirum ænis grauior fuerit.

Ioan. 10

Eclipsis
contra na-
turam.

eo perferret quæcunque toleranda erant: nec propterea quod Deus erat, quicquam leuius tolerabat, aut minus de dolore sentiebat Christus: sed magis hoc illi euenit, vt quia Deus erat, diutius potuerit in pœnis perseuerare, non per mitigationem pœnarum, sed per durationem naturæ. Nisi enim Deus fuisset, non tot tamque grandes sustinere potuisset pœnas, quin mortuus fuisset. Iam verò (sicut prædixit) nemo tollere potuit animam suam, sed ipse posuit eam: & iterum quando voluit, resumpsit eam (*A sexta autem hora vsque ad horam nonam tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, & obscuratus est sol.*) Eclipsis hæc fuit supra naturam, hoc est, contra rationem naturæ. Naturali enim cursu solis & lunæ, tunc non erat possibile solis deliquium fieri. Erat enim tunc luna soli opposita, siue (vt dici solet) in plenilunio. O quantæ passio tunc fuit creatoris, quando irrationales creaturæ retraxerunt suum lumen, quasi compatiens creatori suo ne aspicerent.

Hic sexta finitur hora, in qua habuimus articulos viginti. Primus erat ductio Iesu ante tribunal Pilati. Secundus, Iesu damnatio. Tertius, reuestitio. Quartus, impositio crucis. Quintus, ignominiosa Christi educitio. Sextus, latronum associatio. Septimus, mulierum lamentatio & Christi consolatio. Octauus, Christi desectio & Simonis angariatio. Nonus, fellea potatio Christi. Decimus, corporis denudatio & vulnerum renouatio. Vndecimus, super crucem extensio. Duodecimus, affixio. Tertiusdecimus, eleuatio. Decimusquartus, tituli superscriptio. Quintusdecimus, vestium diuisio. Sextusdecimus, Christi pro inimicis oratio. Septimusdecimus, Christi à prateruentibus derisio. Decimus octauus, latronis conuersio. Decimus nonus, matris filij, matris compassio. Vicefimus, matris commendatio.

Hic Nona incipit hora, qua Dominus Iesus qua se-
quuntur, passus est.

Matth. 27.
Marci 13.
Verbum
Christi
quartum.
Dolores
Iesu cruci-
fixi cur in-
compre-
hensibiles
sint.

ET circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna: *Eli, Eli, lama zababani hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Hoc verbum Dominus præmagnitudine exclamauit pœnarum. Tribus enim horis penderat in cruce, & in tribus clauis. Hic dolor quem tunc sustinuit Dominus, nulli est comprehensibilis. Tota enim corporis moles tribus sustinebatur clauis: vnde vt cruciaretur immenso dolore necesse erat. Nulla enim ibi erat pœnæ interpolatio, nulla doloris intermissio, nulla requies, sed continuus dolor & pœna indeficiens. quia si manuum voluisset releuare dolorem, clauo pedum necesse erat pondus totius corporis inniti: quod quam fuerit intolerabile, ab vnoquoque potest satis æstimari. Porro, si pedibus parcere vellet, aut retrahendo eos, paululum dolorem mitigaret, tunc in duobus clauis superioribus manuum, quibus tota pendebat corporis moles, necesse erat vt molis (hoc est, corporis) granitate tanto acius manuum vulnera dissecarentur. Simili modo de capite est sentiendum. Siquidem propter coronam spinæ non inueniebat Iesus locum, vbi illud reclinaret. Quocumque enim reclinasset, non requiem, sed maiorem inueniebat dolorem. Spinæ enim vel leuiter tactæ aut motæ, intolerabilem Christo generabant dolorem. In hoc igitur dolore & reliquis, qui varijs ex causis Christo exaggerabantur atque cresce-

VI
A

bant, clamavit: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Derelictum se conqueritur Christus, quia infirmam naturam quo ad partem inferiorem, cunctis pœnis expositam reliquit pater, non consolatum inter quoscunque dolores. Ideo Iesus dicit: *ut quid dereliquisti me?* id est, cur non adiuuas me in passione, confortando naturæ infirmitatem, sed ita me proijciendo in pœnas, ita auxiliū subtrahendo, ac si non essem filius tuus, sed tibi alienus? Iesu sic clamante, aut Romani, quia linguam Hebræam non intelligebant, aut quia Iudæi in tumultu populi Christi verba imperfectè audierunt, perinde non intelligentes: aut fortasse quia intelligentes eius verba, ex malitia pervertebant & invidia, ideò Christo illudebant, ut dicit Evangelista. (*Quidam autem illic stantes, dicebant: Eliam vocat iste.*) Ac si dicerent: haftenus filium Dei se nominavit, at modo postquam pœnis doctus est, relicto Deo, Eliam duntaxat inuocat. (*Postea sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt.*) que de se scripta erant, (ut etiam *consummaretur scriptura, quæ est, In siti mea potauerunt me aceto, dixit: Sitio.*) Reuera maximam tolerabat sitim Dominus Iesus. Effuso enim sanguine & humoribus alijs, corpus eius aruerat, quomodo scriptum est: *Aruit inquam testa virtus mea, & lingua mea adhaesit faucibus meis, &c.* Itaque Christus, utpote totus exiccatus & aridus, licet vehementer sitiret, neminem tamen habuit, qui in extrema eius siti vel calicem aquæ frigidæ porrigeret desideranti. Fuit nihilo secius tamen alia quoque sitis in eo ad salutem animarum, multo quam corporalis sitis, fermentior: quæ dū omnib. quarit, omnib. conatur impartiri, præuidet tamen multorum negligentia, acedia malitiæque id futurum, ut perdita ac multis infructuosa sit omnis illa suæ charitatis pœnarumque magnitudo, & quicquid pro illis laborabat tunc, tolerabatque.

De hac siti Bernardus dicit: *Sitio, ait Christus, non doleo. O Domine, quid sitis? Fidem vestram, salutem vestram, gaudium vestrum: plus enim animarum vestrarum quam corporis mei cruciatus me tenet.* Et si non miseremini mei, saltem vestri misereamini. Et iterum dicit Bernardus: *O bone Iesu, coram spineam sustines, de cruce tua & vulneribus tuis taces, & pro sola siti clamas, Sitio. Quid ergo sitis? Certè solam redemptionem hominis & gaudium humanæ salutis.* Dum Iesus pro siti clamaret, (*Vas possum erat aceto plenum.*) Quod hic acetum vocat, putatur myrrharum illud fuisse vinum, felle mixtum, quod ante crucifixionem illi in derisionem propinauerant. (*Et continuo vnus accurrens ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto: & hyssopo circumponens, imposuit arundini, & obtulit ori eius. Cateri autem dicebant: Sine videmus si Elias veniat ad deponendum eum.*) Videtne obstinatum pelsimorum malitiam? Nulla prorsus est compassio apud illos, non maior quam apud feroces bestias: nam si decem millia haberemus inimicorum, si etiam inestimabilia passi sumus, in eorum tamen extremis qui nos læserunt, ad pietatem flectimur. Hi verò nulla pietate ad compassionem mouentur: quin etiam ex Iesu mansuetudine ad odium magis inflammantur.

De hoc potu supra dixi ante crucifixionem, quomodo nebulones pelsimi vinum à deuota aliqua muliere Domino iuxta morem donatum, ebiberunt: & vinū myrrhatum eidem cum felle mixtum illius loco bibendum propinauerunt, quomodo Amos quoque dicit propheta: *Vinum damnatorum bibebant,*

Matth. 27.
Psalm. 21.
Derelictus
quatenus
fuerit
Christus
in cruce.

Matth. 27.

Ioan. 19.
Verbum
Christi
quintum
Psalm. 68.
Sitis Christi
duplex quæ
& quanta.
Psalm. 21.

Bernardus.

Idem.

Ioan. 18.

Matth. 27.
Felle Iesu
potatio

Malitia Iu-
daeorum ob-
stinata.

Amos 2.

Gustare cur
tantum vo-
luerit Chri-
stus felleum
potum.

Sitienti Iesu
quantum
cōdoluerit
Maria.

Ioan. 19.
Verbū Chri-
sti sextum.

Ioan. 17.
Oratio Iesu
morti ap-
propinquā-
tis.

Hebr. 5.

Ioan. 11.

Lucæ 23.
Verbū
Christi sep-
timum.
Ioan. 19.

Mors Chri-
sti cur fue-
rit omnium
acerbissima.

bant, & loco eius posuerunt acetem cum felle mixtum. Gustauit quidem Dominus Iesus potum sibi oblatum, attamen noluit bibere: Gustauit, non ut quid esse probaret, sed ut gustum amaricaret, nec tamen refrigeraret sitim. Quia ubi gustando iam illius vini aut aceti fellei senserat amaritudinem, si etiam bibisset, saltem ad sitis extinctionem illi non nihil potus ille contulisset. Sed noluit sitim refrigerari suā Dominus, licet voluerit gustum suum amaricari, quo ex potu id quod gustui poenam inferebat, sumeret: ita tamen sumeret: ut sitis nullum obtineret remedium. Gustauit nanque, non bibit. Quis vniuersi charissimi adeo fuit pauper, ut in extremis vitæ non haberet quod omnibus abundat, ad bibendum paucillulū aquæ? Quid hic sensit pijsima eius mater? Quō torfit eā filij sitis? Quō Iudeorū cōtumelia cor eius affixit? Recolebat qua deuotione, qua suauitate cordis olim Iesum lactauerat infante, & modo in extrema necessitate nequibat eidem subuenire, ut aquē porrigeret in siti morienti. (*Quum ergo accepisset Iesus acetem,*) id est, quum gustasset, (*dixit: Consummatum est,*) Postquam Dñs noster Christus Iesus singularim omnia qua patiēda erant, vsque ad mortem quæ adhuc restabat, esset passus, forentque quæ Pater iniunxerat, & de quibus scripserant Prophetae, impleta omnia, dixit: (*Consummatum est.*) Dixit autem, *Consummatum est*, quasi simul omnia recolens quæ passus fuerat, atque eadem omnia Patri in opus redemptionis nostræ offerens, quasi diceret: Pater mi, omnia quæ mihi iniuncta sunt à te, quicquid scriptura aut propheta de me vaticinati sunt, quicquid in opus redemptionis humanæ facere debui, quicquid denique humanæ est salutis necessarium, consummatum tibi offero. Nihil restat aliud, quam ut me iubeas iam venire ad te: opus enim consummaui, quod dedisti mihi ut facerem. Rogabat autem etiam pro electis suis, pro ijs quibus hæc passio erat profutura. Licet enim pro omnibus esset passus, sciuit tamen fore paucos quibus sua erat passio profutura. Orabat autem, quomodo Apostolus dicit, *cum lachrymis, & exauditus est pro sua reuerentia.* Quomodo enim non oraret pro omnibus saluandis lachrymans, qui pro Lazaro solo resuscitando olim orans, fleuerat? Inter istas orationes, quas in secreto ad Patrem iudit cum lachrymis, cepit pallefcere, gemere, tremere, oculos deprimere, atque speciem exhibere morientis. Itaque (*Iesus iterum clamans voce magna, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, inclinatio capite, tradidit spiritum.*) Procidatur ab omnibus o filij, & gratias agatis pijsimo saluatori nostro, ingemiscetes ex toto corde vestro, quia peccatis vestris interfecistis Christum filium Dei.

DICATVR, PATER NOSTER.

Fuit hæc mors Christi acerbissima, cuiusmodi creatura aliqua nunquam fuit experta. Nullus enim hominum gustauit mortem, præterquam Christus, qui solus pro omnibus gustauit mortem. Nos, n. antequam morimur, sensus in nobis viresque sentiendi deficiunt. Idem in nouissimo vitæ, mortis non percipitur acerbitas: quia vis apprehensiva mortua tunc est in nobis, qua percipere deberemus dolorem. At Christus plenè viuacissimèq; oēs vires, potentiaq; sentiendi retinuit omnes (ideo solus pro omnibus gustauit mortem) & virtus sentiendi, donec anima egrederetur, in omnibus manit membris. Quamobrem quamdiu voluit, animam suam in se Christus retinuit. Nemo enim

enim ei invito tollere eandem potuit. Hoc tamen nostræ haudquaquam est potestatis, quia morimur etiam inviti. Porro de Christo Augustinus: loquens Quis inquit, ita dormit (id est, tam faciliter) quando vult, sicut Iesus mortuus est? Quis ita vestem ponit, sicut Christus exiit se carne? De eius morte atque modo moriendi dicit beatus Bernardus: Ascendit Iesus in altum, ut ab omnibus videretur: clamavit, ut ab omnibus audiretur: clamori lachrymas adiunxit, ut homo compareretur. *Egredimini nunc filia Hierusalem, id est, Christianæ animæ, & videte regem Salomonem, id est, Christum pacificum, in diademate quo coronavit eum mater sua: non mater, sed nouerca, infidelissima scilicet synagoga Iudæorum.* In tertio Regum libro legimus, quomodo Salomon filius David, gloria & diuitijs abundaverit super omnes reges, qui ante eum fuerunt & post. Per hunc Salomonem Christum nos intelligimus: quando quidem & hic noster Salomō est amabilis Domino, & hoc iuste quippe qui Dei patris est filius. Est & pacificus, id est, pacem faciens inter Deum & mundum. Eam enim ob rem modo suspensus est inter cælum & terram medius. Sed videte quæ sint nostri Salomonis deliciae. Saturatus est opprobrijs, derisionibus, doloribusque super omnes filios hominum. Rex est, sed ubi ministri regij? ubi pocula potusque? ubi aula? ubi vestes? ubi denique reliqua quæ regem deceant? ubi postremò diuitiæ & exercitus regius? Videtis quam nihil horum hic sit, quicquid mundanum aliquid ostentat. Vis tamen videre famulos exercitumque regi nostro seruientem? *Considerabam, inquit, ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognosceret me.*

Quid quæris de regio vestimento aut cibo? Nudus (ut dixi) pendet in cruce: quia *diuiserunt, inquit, vestimenta mea sibi, &c.* Deinde de seipso loquens per Prophetam: *Dederunt, inquit, in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Organa quoque, cantus & musica in domibus regum sunt. Christus quò ea habuerit Prophetam dicit: *Oēs videntes me, deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput, sperant in Domino, &c.* Honor verò eius regius quis est? Ut ante dixerat: *Oēs videntes me, deriserunt me, &c.* Itē: *Factus sum canticum eorū tota die.* Itē: *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.* Sed fortasse cubile, lectumque habet regium? Ad hoc ipse quoque respondet: *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.* Videtis ne quam nihil veritas in hoc consonet figuræ. Videtis deinde quid similitudinis sit inter regnum temporale & cœleste, inter regem terrenū & cœlestem? Ille in delicijs, hic in pœnis: ille in voluptate, hic in amaritudine: ille in honore, hic in opprobrio: ille in diuitijs, hic in paupertate: ille in auro & Sericis, hic in nuditate. *Egredimini igitur filia Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronavit eum mater sua, exaltans eum in solio regali, hoc est, in ligno crucis.* Heu Domine mi, hæcne beneficia tibi collata sunt? hic tibi redditus est honor pro dilectione qua populum honorasti Iudæorum, beneficijs, protectionibus, prodigijsque fouens, atque ut nutrix infantulum in brachijs portans, salutem primò eis annuncians, ad eos in carne ex semine eorum assumpta veniens, eos verbo erudiens iuxta ac exemplo? Heu amabilissimi me Iesu, quam dulciter cum hominibus conuersatus es? quam multa bona misericorditer illis largitus es? quam acerba pro illis mitissimi passus es, dura verba, duriora verbera, durissimamque crucis tormenta: &

Ioan. 10.
Augustin.

Bernardus.

Cantic. 5.

3. Reg. 3. 10.
Christiv. per
Salomonē
designetur.

Inter Christi-
um & Sa-
lomonem
quanta sit
differentia.
Thren. 1.
Psalm. 141.
Psalm. 21.

Psalm. 21.

Psalm. 63.

Psalm. 21.

Iob. 10.

Psalm. 21.

Matth. 8.

Cantic. 5.

Num. 11.

- hac tua est merces pro omni dilectione tua. O anima fideles, accedere hoc & plorate super morte innocentissimi Domini Iesu, super effusione preciosissimi sanguinis eius. Væ væ peccatis hominum, qui causa tanta fuere passionis tam amara quæ mortis, quæ nobilissimum in tantam miseriam, dignissimum in tantam despectionem, in tantam infirmitatem potentissimum, in tantam denique deformitatem pulcherrimum, atque tandem mundi vitani in turpissimam perduxere mortem. Beata tamen vulnera hominis, quæ Christi hoc sanguine, Christi quoque liuore sanantur. Mortuo Christo, (*ecce velum templi scissum est, id videlicet quod erat interius, teste Hieronymo, & pendebat inter sancta sanctorum & atrium. (à summo vsque deorsum. Et terra mota est, & petra scissa sunt, & monumenta aperta sunt. & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt.)* Non statim post Christi mortem, sed cum Christo resurgente nonnulli resurrexerunt: ita tamen, vt Christus sit primogenitus ex mortuis. Reliqua signa, vt velum templi scinderetur, terræ fieret motus, petra scinderentur, ad ignominiam nostram facta sunt: quia nos non compungimur corde, licet propter nos Christus tanta sibi irrogata supplicia pertulerit, cum tamen videamus creaturas irracionales conturbari, atque labi præ se ferre, quasi Christo velint commori. Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, vsque tremoti & his que fiebant, & quod Iesus sic clamans expirasset, quod naturale non erat, vt egrediente anima de corpore, purus homo tantum posset emitte clamorem: (*timuerunt valde dicentes: Vere hic Dei erat iste. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, vt quæ fortiturus esset Iesus finem, viderent: & videbant que fiebant, percutientes pectora sua, id est penitentes errati huius magni, quia consenserant in illius mortem, hancque ante Pilati tribunal postulauerant, videntemque nunc Iesum innocenter crucifixum, reuertebatur.)* Hanc cognitionem atque penitentiam operabatur in eis virtus orationis, quam pro eis Christus dum crucifigebatur, ad Patrem obtulit. Percutientes igitur pectora sua, reuertebantur vel in deos suas, vel ad saniolem mentem, damnantes quæ temere egerant, hoc est, quod Barrabam pecierant dimitti, Iesum verò crucifigi. (*Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres que sequute erant eum à Galilea, hac videntes.)* A longè stabant, quo facilius suspicere possent ad crucifixum Dominum Iesum. Non obliuiscamur hic matris Christi, cuius cor quod præ dolore non crepuerit ad mortem filij sui, mirum est valdè. Fuit enim eius tunc dolor morte quacunque dirior.
- Charissimi, Iesus mortuus est, videamus & expectemus num quieti modo sint Iudæi, propterea quod leuati omni timore, Dominum vitæ interfecerunt, an adhuc persequi velint, instigante inuidia, defunctum. Sequitur (*Iudæi ergo quoniam parasceue erat, hoc est, vt dici solet, profestum maximi sabbati, atque ad idem præparatio, (vt non remaneret in cruce corpora sabbato.)* Sabbatum, vt aliæ quoque festiuitates, dies quoque omnes, apud Iudæos incipiebantur die præcedenti de sero, & vsque ad finem diei alterius durabant. Hoc modo in die parasceues, hoc est, sexta feria serò, incipiebatur sabbatum. (*Erat enim magnus dies ille sabbati, cæteris sabbatis præclarior, frangerunt Pilatum, vt frangeretur eorum crura, & tollerentur.)* Hoc est, vt crucifixorum corpora tollerentur de patibulis, frangerentur autem eorum crura,

Matth. 27.
Elemento-
rum ac in-
sensibilium
turbatio.

Roman. 8.

Matth. 27.

Conuersio
turbæ affan-
tium que fi-
lubris vnde

Luc. 23.

Ibidem.

Ioan. 19.

Quid Iudæos
ad deponen-
dum cruci-
fixorū cor-
pora moue-
rit.

VI
3

ne quoquam possent euadere. Iudæi coram Pilato in causam adducunt sab-
 batum illud magnum, quare deponenda sint de cruce crucifixorum corpora,
 reuera tamen inuidia & timor erat, quæ Iudæos mouebant. Audierant enim
 propter signa quæ in eius fiebant morte, turbam multam compunctam,
 poenitereq; quod Pontificibus acquieuisent, clamantes ante Pilatum pro Iesu
 crucifigendo. Inde fiebat murmur, Deum hanc inultam non finiturum mor-
 tem innocentem, malatq; super ciuitatem propterea inducturum. Hæc audiē-
 tes Pontifices & seniores, volebant Iesum citò de conspectu amouere homi-
 num, quo rumor populiq; mulsitatio obliuione Iesu periret. (*Venerunt ergo*
militēs: & primi quidem fregērunt crura & alterius qui crucifixus est cum eo.) La-
 trones adhuc viuebant. Putandi sunt duo fuisse milites crurifrautores, & v-
 terq; vnus latronis fregit crura, vt tandem in medium irruerent Iesum.
 Fractis itaque latronum cruribus, (*ad Iesum cum venissent, vt viderunt eum iā*
mortuum non fregērunt eius crura:) quia neq; hoc necesse erat, siquidē propterea
 duntaxat crura frangebantur damnatorum, ne euaderent de cruce amoti, &
 (*vt scriptura impletur*) quæ dicit: (*Os non comminuetis ex eo.*) Deus enim im-
 pleri voluit scripturam. Idēd contrarium agere nequibant, licet ipsi scriptu-
 ram neque scirent, neque attenderent. (*Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in*
quem transfixerunt. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit.) volens certiorē
 se aliosq; reddere de Christi morte, (*& continuò exiit sanguis & aqua.*) Vul-
 nus hoc adēd fuit magnum, vtpost Christi resurrectionē Thomas Apo-
 stolus manum imposuerit. Quod verò sanguis & aqua effluerunt, significat
 duo Sacramenta, Eucharistiæ scilicet & Baptismatis, per idēd vulnus quasi
 per ostium vitæ nobis emanasse. Huius vulneris dolorem Christus non sen-
 sit, vtpotē mortuus: sed beata Virgo eius mater, recepit vulneris dolorem in
 suo corde. Anima namque eius ad mortem vsque anxietabatur, propterea
 quod defunctum adhuc persequebantur impij, implebaturq; tunc maximē
 Simeonis Prophetia: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Verē namq; cor
 eius gladius pertransiuit, quia animam eius hæc Christi perforsio vsque ad
 mortem fauciauit. Patiebatur enim in ea parte, qua erat impasibilis. Vnde
 huius compassio maior, dirior, intimior ac penetrabilior omni fuit pœna
 corporali. Recepit autem Christus hac perforsione atque lateris sui apertio-
 ne & grande & profundum vulnus. Et apud deuotissimos quosq; pro con-
 stanti habetur, cor Christi lanceam militis tetigisse ac vulnerasse. Voluit e-
 nim Christus in maxima suæ charitatis indicium, suum nobis cor aperire, vt
 cuncta quæ passus pro nobis fuerat, ex huius cordis amore intelligeremus
 prodidisse. Vitis igitur doloribus Iesu externis, corporalibus & afflictiuis, po-
 stremo voluit vt misericordissimi fidelissimi amantissimiq; cordis sui per-
 spiceremus & amorem, qui ad vniuersa se quæcunq; denique nobis est largi-
 tus, impulerat. Voluit præterea nobis cor suum aperire, vt in tentatione re-
 fugium, in necessitate solatium in persecutione protectio, in aduersitate secu-
 ritas: vt ignorantibus instructio, amantibus suauitas, atque (*vt simul omnia*
dicam) quibuscunq; introeuntibus in illud saluberrimum cordis vulnus,
 gaudium, salus, æternaque esset felicitas. Iste autem miles fertur Longinus
 fuisse, habuisseq; debilem visum, seu in oculis dolorem: gattam quoque
 fuisse, habuisseq; debilem visum, seu in oculis dolorem: gattam quoque

Ioan. 19.

Exod. 11.

Zach. 12.

Lateris Iesu
apertio.

Sacramenta
duo ex late-
re Christi e-
gressa quæ.

Lateris Iesu
perforsio vti

Marie ani-
mam per-
transiuit.

Luc. 2.

Cor suum
cur nobis a-
perire volu-
it Christus

Longinus
quis fuerit
& qualis
postea fa-
ctus.

SI 2 Domi-

Dominici sanguinis vnam de latere Christi fluentis ad eius fortè peruenisse oculos, qua fuerit sanatis. Hic conuersus postea, fidelium factus est Episcopus.

Hic finitur hora Nona, in qua octo habentur articuli. Primus, clamor Iesu quaererebatur derelictum. Secundus, sitis qua premebatur. Tertius, fellea potatio quam amaricabatur. Quartus, quod dixit: Consummatum est. Quintus, Iesu ad patrem commendatio, & amarissima eiusdem mors. Sextus, elementorum atque infernalium miraculosa turbatio. Septimus, turba astantiumque salubris conuersio. Octauus, lateris apertio.

Nunc sequitur hora Vespertina, siue ea quæ in secundis acta sunt vesperis.

Maria uti
maternos
affectus er-
ga filium
defunctum
monstrauit.

Marc. 15.
Lucæ 23.

Ioan. 9.

Marc. 15.
Christum
multa
passum qua
non iusserat
Pilatus.

Itaque primò meditandum hic est, turba abscedente, matrem Domini sub cruce filij mansisse solam, adiunctis Ioanne discipulo & deuotis quibusdam mulieribus. Mansit autem tora gemebunda ac tristis, videns filium natum tam miserabiliter ante oculos suos pendentem, totum aridum atque extenuatum, perinde ac si nulla in se haberet viscera. Sanguis eius nunguam liquorque omnis, ab eo effusi erant. Heu pia mater (quia omnis iam carnis recesserat, nec erat coram quo erubesceret verecunda) quam maternos prolesque affectus erga filium monstrabat. Quoties ad amplectendum filium brachia sua extendit, sed vacua iterum ad se recepit? Quoties crucem pro filio amplectitur? quoties filio loquitur mortuo? sed non est qui respondeat illi verbum. Est quidem qui omnes eius gemitus cogitationesque intelligit, sed non est qui ad illa respondeat. Cupiebat illum de cruce soluere, atque in sinum recipere sinum, at desunt instrumenta, desunt auxilia: nec restabat aliud præter hanc spem, quia prouideret filius & sibi & ipsi matri. Inter omnia tamen suspiria & cordis tristitias, hæc illi aderat consolatio, quod atrocissimam poenis quas filius sustinuit, sua pariter ac morte, genus redemerit humanum: quodque tam miserabiliter passus, quam flebiliter mortuus, post hæc non morietur, non patietur, sed viuet & dominabitur super omnia, regnabitque in æternum. Itaque (Cum sero iam factum esset, ecce vir Ioseph nomine, qui etiam decurio,) id est, super decem milites, (vir bonus & iustus, hic non consensit consilio & actibus eorum, ab Arimathia ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei, qui & ipse erat discipulus Iesu, occultus tamen propter metum Iudæorum. Hic accessit & audacter introiit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Secundum leges imperiales non poterant deponi de cruce aut sepeliri corpora damnatorum. Hic Ioseph ante Domini mortem discipulus, sed timidus propter minas Iudæorum, fuit. Dederant enim Iudæi mandatum, si quis confiteretur Christum, extra synagogam fieret. At contempto nunc illorum mandato, Ioseph sanguine & morte Christi confortatus, nihil timuit, sed palam ad Pilatū accedit, corpus Iesu petit, & quod petit, impetrat: quia & fortasse Pilato, vt tam precioso impetraret munus aliquid donauit, & Christum, nemine contradicente, de cruce deponit. Sequitur: (Pilatus autem mirabatur si iam obisset) tam cito. Hinc conijcitur, multa à militibus tentata in Christum, quæ non iubente Pilato, sed Iudæis procurantibus & milites pecunia corruptentibus Christo infusa sunt.

sunt. Nā si Pilatus sciuisset quāta sustinuisset Christus, nequaquā miraretur obijisse Christū, imō potius miraretur, qui factū esset vt tā diu uiueret. Putāt .n. quidā, nequaquā Pilati uolūtate factū, vt clauis Iesus cruci affigeretur, sed velut alios duos latrones, chordis ac funib. pro mitigatione legis uoluerit eū ligno alligari. Verūtānē an latrones alij duo, qui crucifixi leguntur, funibus tantum ligati sint ad crucē, incertum videtur, cū crucifixionis uocabulum non ligationem, sed fixationem ad crucem significet: nisi quis dicere uelit, legē quidem & sententiam duriori uocabulo solere pronuciari: iustitiā uerō executionem, per misericordiam in hanc consuetudinem uenisse, vt qui dicerentur crucifigi, funibus tantum cruci alligarentur. Verū Christo quia Iudæi valdē erant infesti, quomodo uocabulum sonat crucifixionis, nulla obstante consuetudine alia, nulla commiseratione interueniente, uoluerunt eum uerē clauis cruci affigi. Sequitur. (*Et accersito centurione, interrogauit si iā mortuus esset. Et cū cognouisset donauit*) scilicet Iesu (*corpus Ioseph. Venit autem cum eo & Nicodemus, qui nocte uenerat ad Iesum.*) Hic olim iram Iudæorum metuens, nocte uenit ad Iesum: & qui non audebat confiteri uiuentem, nunc non solum confitetur, uerum etiam obsequium prestat defuncto, eiusque se proficitur amicum. Venit autem (*ferens secum mixturam myrrha & aloes quasi libra centum. Ioseph autem mercatus syndonem,*) id est, lineum album pannum, (& *deponens eum, inuoluit syndone. Acceperunt ergo corpus Iesu,*) scilicet de cruce.

Latrones
an ligati ad
crucem fue-
rint.

Marc. 15.
Ioan. 2.

Meditare hic quō sub cruce B. Maria sedebat, post filij mortem expectans à Domino subsidium, quo deponeret eius corpus de cruce. Vidit à longe ex ciuitate homines ignotos, uenientes cum scalis, martellis, cæterisque instrumentis ad hoc necessarijs: animoq; uehementer consternato, metuebat ne de nouo persecutionis quippiam Iudæi machinarentur in defunctum. Verū cū propius accessissent, consolata, agnouit uiros misericordiarum: ac benedixit eis, qui magistri sui recordarentur, in quem hanc essent facturi pietatem. Nulli autem dubium est, matrem filium extensis brachijs amplexatū, dū de cruce deponeretur, accepisse in sinū suum: Magdalenam uerō ad pedes, ubi gratiā inuenerat, sedisse: quos modo nō minus uertim lachrymis lauit cōpalsionis, quā ante lachrymis abluerat contritionis. Sedebant autem & reliqui, Ioannes Apostolus, deuotæquē mulieres circumquaque iuxta corpus contemplantes cicatrices eius, plagas, liuores & uulnera. Cernebant clauorū, flagellorum, spinarumquē uulnera. Videbāt pellem carnis ruptam, compages ossium, membrorumquē iuncturas solutas. Miratur alius uulnerum multitudinem, alius plangit acerbitatem, fiebatquē communis planctus omnium qui aderant, & hominum, (& si dici debeat angelorum) Perhibetur autem & Apostoli tunc redijisse (præter Petrum qui in spelunca iam sēs delictum suum, sese absconderat) ad Domini sepulturam, culpam suam lachrymis multis coram beatif. uirgine Maria confitentes.

Flebilis de-
positio Iesu
de cruce.

Planctus su-
per defun-
cto Iesu
quantus.

Hic finiuntur secuude *Vesperæ* in quibus duo articuli habentur: Primus horum est, flebilis depositio Iesu de cruce. Alter est, planctus matris & amicorum presentium super defuncto.

Sequitur hic nouissime Completorium secundum, quod
ca quæ sequuntur, in se complectitur.

A Creperunt ergo corpus Iesu, scilicet Ioseph & Nicodemus, portantes illud ad sepeliendum (& ligauerunt linteis.) Primum vnixerunt aromatibus corpus illud sanctissimum ne putresceret scilicet. Erant enim deficientes in fide, sed placentes Deo ac commendabiles ex pietate. Nam hi duo viri reliquique omnes præter beatam Mariam, tractabant corpus Iesu reuerenter quidem, sed tamen vt puri hominis, non resurrecturi: quia vnguebant illud ne putresceret, quod nequaquã illi erat necessarium, tamen si mille fuisset annis quieturus in monumento. Maria quoque Dei mater, etsi hoc ipsam non lateret, permisit tamen vt sua vterentur deuotione erga Christum.

Cruciabatur autem anxia præ amore fidelissima amatrix Magdalena, quod ipsa non haberet vnguenta, quibus Domini sui corpus perungeret. Nihil enim sibi videbatur satisfactum à viris illis misericordiarum, qui in corpus Domini vngendum quasi libras centum absumperat vngueta, nisi de suis quoque impensis singularia Domino compararet vnguenta. Atque ided quod hoc die non potuit, post sabbatum implere, quando iam Dominus resurrexerat, voluit. Eam enim ob rem sociatis tunc eiusdem studij sibi mulieribus, prima sabbati mane ad monumentum venit vnctura Dominum, si inuenisset. Carerunt hi duo viri corpus Domini vnctum aromatibusque conditum, (*ligauerunt linteis, sicut iudeis mos est sepelire, Erat autem in loco*) id est, prope (*vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, Et posuit eum Ioseph in monumento suo nouo, quod excidit de petra.*) Non est credibile, quanto sit mærore pijsima Dei mater à sepulchro filij sequestrata, atque in ciuitatem reducta. Quid in corde denique senserit tristitia, videns crucem, aspiciens loca vbi passus fuerat filius, aut vbi sanguinea reliquerat vestigia, vos ipsi cogitate.

Magdalena
affectus erga Iesum
quantus.

Sepultura
Iesu.
Ioan. 1. 19.

Hic secundi Completorii hora finitur & passionis historia. In hoc completorio sunt meditando articuli duo. Primus est, quod Iesus aromatibus suis conditus & inuolutus syndone. Alter est Iesu sepultura.

Peroratio.

Passio Christi quomodo quotidie Deo Patri offerenda sit. Hæc sunt charissimi, quæ dicere de Christi passione vobis volui. Nunc quondie eandem Deo Patri pro nobis offeramus, dicentes: Amantissime pater, omnipotens, sempiternus, benignissime & clementissime Deus: ecce passionem dilectissimi filij tui agni immaculati, ecce vulnera, labores & opprobria: ecce alapas, sputa & verbera: ecce dolores eius & sanguinem, quæ omnia propter nos passus est: ecce gratuitam eius quoque charitatem, quæ propter nos passus est. Hæc eadem nunc omnia benignissime pater tibi per sanctissimum cor filij tui offerimus, in vnione charitatis atque virtutis huius, quibus scriptum tibi obtulit obsecrantes te per misericordiam tuam viscera, vt eandem nunc omnibus electis tuis, tam viuis quàm defunctis, operentur virtutem & gratiam, quam operata sunt olim in ara crucis. Tuque eius amore tribuas nobis omnibus hic peccatorum omnium remissionem, gratiam tuam ac charitatem perpetuam, & post hanc vitam simul cum omnibus defunctis legitimam sempiternam, Amen.

Precedit

Precatio dedicatoria auctoris ad Christum.

Absoluta est Christe Iesu hodie in die parascues sanctæ, tum nostræ redemptionis, tum passionis eruditionisq; tuæ historia, quam tu pro nobis quomodo patiens consummasti, ita ego scribens eandem ad horam completorij eiusdem diei terminavi. Itaque hunc tibi soli, omnium redemptor pijsime & offero & dedico laborem meum, ut pro me omnibusq; electis tuis, tu quoque Patri tuo offeras agonem tuum. **Qui cum eodem Patre tuo, & Spiritu sancto vivis & regnas Deus, per omnia secula seculorum.**

Amen.

Elucidationis in textum Passionis Iesu Christi,

FINIS.



D. IO.